MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80105-6

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

PLAUTUS, TITUS MACCIUS

TITLE:

T. MACCI PLAUTI AMPHITRUO

PLACE:

BOSTON

DATE:

[1904]

Master Negative #
91-80105-6

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

87PL
IF04

Amphitruo. 1904

Plautus, Titus Maccius.

T. Macci Plauti Amphitruo; edited for sight translation by Charles L. Durham ... Boston and Chicago, Allyn and Bacon [1904]

1 p. l., 62 p. 19cm.

~~D87PL Copy in Classics. [c1904]~~
~~IF04~~

1. Durham, Charles Love, 1872- ed.

Library of Congress PA6568.A6 1904 4-4242
Copyright A 78152 [a25c1] R9/28/43 F

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 6-25-91 INITIALS M.B.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

PLAUTUS

AMPHITRUO

DURHAM

87PL IF'04
Cop. 1

Columbia University
in the City of New York

LIBRARY

From the Library of
Professor George N Olcott

T. MACCI PLAUTI

AMPHITRUO

EDITED FOR SIGHT TRANSLATION

BY

CHARLES L. DURHAM
ASSISTANT PROFESSOR OF LATIN IN CORNELL UNIVERSITY

ALLYN AND BACON
Boston and Chicago

From the Library of
Professor George N Olcott

COPYRIGHT, 1904, BY
CHARLES L. DURHAM.

G. L.

87.PL
IF04
Cop 1

Norwood Press
J. S. Cushing & Co. — Berwick & Smith Co.
Norwood, Mass., U.S.A.

PREFACE.

THIS little book is made primarily for the use of my Sight Translation classes in Cornell University.

In the constitution of the text I have been indebted largely to the edition of Leo, to that of Götz and Schöll, and to Leo's *Plautinische Forschungen*. I have endeavored, however, to utilize all the critical investigations that have been concerned with the *Amphitruo*.

CHARLES L. DURHAM.

ITHACA, February 1, 1904.

T. MACCI PLAUTI AMPHITRUO.

PERSONAE.

MERCURIUS, Deus.
SOSIA, Servos.
JUPPITER, Deus.
ALCUMENA, Uxor.
AMPHITRUO, Dux.
THESSALA, Ancilla.
BLEPHARO, Gubernator.
BROMIA, Ancilla.

Scaena: THEBIS.

ARGUMENTUM I.

In[1] faciem vorsus Amphitruonis Juppiter,
Dum bellum gereret[2] cum Telobois hostibus,
Alcmenam uxorem cepit usurariam.[3]
Mercurius formam Sosiae servi gerit
Absentis: his Alcmena decipitur dolis. 5
Postquam rediere veri Amphitruo et Sosia,
Uterque deluduntur in mirum modum.
Hinc jurgium,[4] tumultus uxori et viro,
Donec, cum tonitru voce missa ex aethere,
Adulterum se Juppiter confessus est. 10

ARGUMENTUM II.

Amore captus Alcumenas, Juppiter
Mutavit sese in formam ejus conjugis,
Pro patria Amphitruo dum decernit[5] cum hostibus.
Habitu Mercurius ei subservit Sosiae:
Is advenientis servom ac dominum frustra[6] habet. 5
Turbas uxori ciet Amphitruo: atque invicem[7]
Raptant[8] pro moechis. Blepharo, captus arbiter,
Uter sit non quit Amphitruo decernere.[9]
Omnem rem noscunt: geminos illa enititur.

---

[1] *In faciem vorsus:* 'having assumed the guise of.'
[2] *gereret:* subject is Amphitruo.
[3] *usurariam:* 'on loan.'
[4] *jurgium:* 'a row.'
[5] *decernit:* 'is settling matters,' 'fighting it out.'
[6] *frustra habet:* 'fools.'
[7] *invicem:* 'each other,' *lit.* 'in turn.'
[8] *Raptant:* 'arraign,' 'accuse'; subject is Jupiter and Amphitruo.
[9] *decernere:* 'decide,' 'settle.' Cf. line 3.

PROLOGUS.

MERCURIUS.

Ut[1] vos in vostris voltis mercimoniis[2]
Emundis vendundisque me laetum[3] lucris
Adficere, atque adjuvare in rebus omnibus;
Et, ut[1] res rationesque vostrorum[4] omnium
Bene expedire[5] voltis peregrique et domi, 5
Bonoque atque amplo auctare perpetuo lucro
Quasque incepistis res quasque inceptabitis;
Et, uti[1] bonis vos vostrosque omnis nuntiis
Me adficere voltis, ea adferam,[6] ea uti nuntiem
Quae maxume in rem vostram communem sient — 10
Nam vos quidem id jam scitis concessum et datum
Mi esse ab dis aliis, nuntiis praesim et lucro —
Haec ut[1] me voltis adprobare,[7] adnitier[8]
Lucrum ut perenne vobis semper suppetat[9]:
Ita,[1] huic facietis fabulae silentium 15
Itaque aequi[10] et justi hic eritis omnes arbitri.

---

[1] *ut* (line 1), *ut* (line 4), *uti* (line 8), *ut* (line 13), each with Indicative, look forward to *ita* (lines 15, 16): 'as surely as . . . so you will.'
[2] *mercimoniis . . . vendundis:* 'buying and selling your wares.'
[3] *laetum . . . adficere:* 'propitiously to bless you with gain.'
[4] *vostrorum* = *vostrum* (Genitive Plural).
[5] *expedire:* 'to turn out.'
[6] *adferam, uti nuntiem:* 'me to bring,' 'to announce.' (Both depend on *voltis.*)
[7] *adprobare:* 'vouchsafe.'
[8] *adnitier:* 'strive.'
[9] *suppetat:* 'be supplied.'
[10] *aequi et justi arbitri:* 'impartial and fair listeners.'

Nunc quojus[1] jussu venio et quam ob rem venerim
Dicam, simulque ipse eloquar nomen meum.
Jovis jussu venio: nomen Mercurio est mihi.
Pater huc me misit ad vos oratum[2] meus, — 20
Tametsi pro imperio[3] vobis quod dictum foret[4]
Scibat facturos, quippe qui intellexerat
Vereri vos se et metuere, ita ut aequom[5] est Jovem: —
Verum profecto hoc petere me, precario,[6]
A vobis jussit, leniter, dictis bonis. 25
Etenim ille, quojus huc jussu venio, Juppiter
Non minus quam vostrum quivis formidat malum[7]:
Humana matre natus, humano patre,
Mirari non est aequom sibi si praetimet.
Atque ego quoque etiam qui Jovis sum filius, 30
Contagione[8] mei patris, metuo malum.
Propterea, pace advenio et pacem ad vos fero.
Justam rem et facilem esse oratam a vobis volo:
Nam juste ab justis justus sum orator datus:
Nam injusta ab justis impetrari[9] non decet, 35
Justa autem ab injustis petere insipientia est:
Quippe illi iniqui jus ignorant neque tenent.[10]
Nunc jam huc animum[11] omnes quae loquar advortite.
Debetis velle quae velimus: meruimus[12]
Et ego et pater de vobis et re publica. 40
Nam quid ego memorem[13] — ut alios in tragoediis

[1] *quojus* (= *cujus*) *jussu:* 'at whose order.'
[2] *oratum:* 'to make a request.'
[3] *pro imperio:* 'as a command.'
[4] *foret* = *esset.*
[5] *aequom:* 'right.'
[6] *precario:* 'as a request.'
[7] *malum:* 'a beating.'
[8] *Contagione:* 'by reason of my connection.'
[9] *impetrari:* 'to be obtained.'
[10] *tenent:* 'understand.'
[11] *animum advortite:* 'pay attention to.'
[12] *meruimus de:* 'have done kindness to.'
[13] *memorem:* 'mention.'

Vidi Neptunum, Virtutem, Victoriam,
Martem, Bellonam commemorare[1] quae bona
Vobis fecissent, — quis benefactis meus pater,
Deorum regnator, architectus est omnibus? 45
Sed ille mos numquam illi fuit patri meo
Ut exprobraret[2] quod bonis faceret boni:
Gratum[3] arbitratur esse id a vobis sibi,
Meritoque vobis bona se facere quae facit.
Nunc, quam rem oratum huc veni primum proloquar: 50
Post, argumentum hujus eloquar tragoediae.
Quid contraxistis frontem? Quia tragoediam
Dixi futuram hanc? Deus sum, commutavero.
Eandem hanc, si voltis, faciam ex tragoedia
Comoedia ut sit, omnibus[4] isdem vorsibus. 55
Utrum sit an non voltis? Sed ego stultior,
Quasi nesciam vos velle, qui divos siem:
Teneo[5] quid animi vostri super hac re siet.
Faciam ut commixta sit: sit tragicomoedia[6]:
Nam me perpetuo[7] facere ut sit comoedia, 60
Reges quo veniant et di, non par arbitror.
Quid igitur? Quoniam hic servos quoque partes habet,
Faciam sit, proinde ut dixi, tragicomoedia.
Nunc, hoc me orare a vobis jussit Juppiter,
Ut conquistores[8] singuli in subsellia[9] 65
Eant per totam caveam[10] spectatoribus:

[1] *commemorare:* 'recount.'
[2] *mos ut exprobraret:* 'habit of unpleasantly calling attention to.'
[3] *Gratum a vobis sibi:* 'received with thanks on your part to him.'
[4] *omnibus isdem vorsibus:* 'without the change of a single verse.'
[5] *Teneo quid animi siet:* 'I understand what your desire is.'
[6] *tragicomoedia:* 'a tragicomedy.'
[7] *perpetuo:* 'straight through.'
[8] *conquistores:* 'detectives.'
[9] *subsellia:* 'rows of seats.'
[10] *caveam:* 'theatre.'

Siquoi favitores[1] delegatos viderint,
Ut is in cavea pignus[2] capiantur togae.
Sive qui ambissint[3] palmam histrionibus
Seu quoiquam artifici — seu per scriptas litteras 70
Seu qui ipse ambissit seu per internuntium[4] —,
Sive, adeo, aediles perfidiose[5] quoi duint,
Sirempse[6] legem jussit esse Juppiter,
Quasi magistratum sibi alterive ambiverit.
Virtute dixit vos victores vivere, 75
Non ambitione neque perfidia: qui minus
Eadem histrioni sit lex quae summo viro?
Virtute ambire oportet, non favitoribus.
Sat habet favitorum semper qui recte facit,
Si[7] illis fides est quibus est ea res in manu. 80
Hoc quoque etiam mihi in mandatis dedit,
Ut conquistores fierent histrionibus:
Qui sibi mandasset delegati ut plauderent,
Quive alter quo placeret fecisset minus,
Ejus ornamenta et corium[8] uti conciderent. 85
Mirari nolim vos quapropter Juppiter
Nunc histriones curet; ne miremini:
Ipse hanc acturus est Juppiter comoediam.
Quid admirati estis, quasi vero novom
Nunc proferatur, Jovem facere histrioniam[9]? 90
Etiam histriones anno[10] quom in proscaenio hic
Jovem invocarunt, venit: auxilio is fuit.
Praeterea certo prodit in tragoedia.

[1] *favitores delegatos:* 'claqueurs.'
[2] *pignus capiantur:* 'be levied on' (taken as security).
[3] *ambissint:* 'electioneer for.'
[4] *internuntium:* 'a go-between.'
[5] *perfidiose quoi* (= *cui*) *duint* (*dent*): 'award the prize to any one contrary to pledge.'
[6] *Sirempse:* 'self-same.'
[7] *Si illis fides est:* 'If they are honest.'
[8] *corium:* 'hide.'
[9] *facere histrioniam:* 'playing the actor.'
[10] *anno:* 'a year ago.'

Hanc fabulam, inquam, hic Juppiter hodie ipse aget
Et ego una cum illo. Nunc vos animum advortite 95
Dum hujus argumentum eloquar comoediae.
Haec urbs est Thebae: in illisce habitat aedibus
Amphitruo, natus Argis, ex Argo patre,
Quicum[1] Alcumena est nupta, Electri filia.
Is nunc Amphitruo praefectus est legionibus: 100
Nam cum Telobois bellum est Thebano poplo.
Is prius quam hinc abiit ipsemet in exercitum,
Gravidam[2] Alcumenam uxorem fecit suam.
Nam ego vos novisse credo jam ut sit meus pater,
Quam liber harum rerum multarum siet, 105
Quantusque[3] amator sit quod complacitum est semel.
Is amare occepit Alcumenam, clam[4] virum,
Usuramque[5] ejus corporis cepit sibi,
Et gravidam fecit is eam compressu suo.
Nunc de Alcumena ut rem teneatis rectius, 110
Utrimque[6] est gravida, et ex viro et ex summo Jove.
Et meus pater nunc intus hic cum illa cubat,
Et haec, ob eam rem, nox est facta longior
Dum cum illa quacum volt voluptatem capit.
Sed ita adsimulavit[7] se quasi Amphitruo siet. 115
Nunc, ne hunc ornatum[8] vos meum admiremini,
Quod ego huc processi sic cum servili schema[9]:
Veterem atque antiquam rem novam[10] ad vos proferam.

[1] *Quicum: lit.* 'with whom.'
[2] *Gravidam . . . suam:* 'caused his wife to be with child.'
[3] *Quantusque . . . semel:* 'and how ardent a lover he is of anything that has once caught his fancy.'
[4] *clam virum:* 'without her husband's knowledge.'
[5] *Usuramque . . . suo:* 'and has taken the loan of her person and made her with child by his embrace.'
[6] *Utrimque:* 'by each one of them.'
[7] *adsimulavit quasi siet:* 'pretended that he is.'
[8] *ornatum:* 'costume.'
[9] *schema:* 'garb.'
[10] *novam:* predicate.

Propterea ornatus[1] in novom incessi modum :
Nam meus pater intus nunc est eccum[2] Juppiter. 120
In Amphitruonis vortit sese imaginem,
Omnésque eum[3] esse censent servi qui vident,
Ita vorsipellem[4] se facit quando lubet.
Ego servi sumpsi Sosiae mihi imaginem,
Qui cum Amphitruone abiit hinc in exercitum, 125
Ut praeservire amanti meo possem patri,
Atque ut ne qui essem familiares quaererent,
Vorsari[5] crebro hic quom viderent me domi.
Nunc quom esse credent servom et conservom suom,
Haud quisquam quaeret qui siem aut quid[6] venerim. 130
Pater nunc intus suo[7] animo morem gerit :
Cubat[8] complexus quojus cupiens maxume est.
Quae illi[9] ad legionem facta sunt memorat pater
Meus Alcumenae : illa illum censet virum
Suom esse, quae cum moecho[10] est. Ibi nunc meus pater 135
Memorat legiones hostium ut fugaverit,
Quo pacto[11] sit donis donatus plurumis.
Ea dona quae illic Amphitruoni sunt data,
Abstulimus : facile meus pater quod volt facit.
Nunc hodie Amphitruo veniet huc ab exercitu, 140
Et servos quojus ego hanc fero imaginem.
Nunc internosse[12] ut nos possitis facilius,
Ego has habebo usque in petaso[13] pinnulas :

[1] *ornatus :* 'togged out.'
[2] *eccum :* 'there he is' (pointing indoors).
[3] *eum : i.e.* Amphitruo (*eum* predicate of *esse*).
[4] *vorsipellem se facit :* 'assumes so many rôles.'
[5] *Vorsari crebro :* 'frequently going hither and thither.'
[6] *quid :* 'why,' 'for what purpose.'
[7] *suo . . . gerit :* 'is obeying his heart's desire.'
[8] *Cubat . . . est :* 'He is reclining embracing her of whom he is madly fond.'
[9] *illi :* 'there.'
[10] *moecho :* 'paramour.'
[11] *Quo pacto :* 'how.'
[12] *internosse :* 'distinguish.'
[13] *in petaso pinnulas :* 'little wings on my cap.'

Tum meo patri autem torulus[1] inerit aureus
Sub petaso : id signum Amphitruoni non erit. 145
Ea signa nemo horum familiarium
Videre poterit, verum vos videbitis.

(*Sosia enters, coming from the harbor to announce to Alcmena the safe arrival of Amphitruo.*)

Sed Amphitruonis illic est servos Sosia :
A portu illic nunc cum lanterna advenit.
Abigam jam ego illunc advenientem ab aedibus. 150
Adeste : erit operae[2] pretium hic spectantibus
Jovem et Mercurium facere histrioniam.[3]

[1] *torulus :* 'tassel.'
[2] *operae pretium :* 'worth while.'
[3] *facere histrioniam :* 'playing the actor.'

ACTUS I.

SOSIA, MERCURIUS.

Scene, at night. Sosia, lantern in hand, supposes that he is entirely alone. Mercury, disguised as Sosia, is, however, near, concealed by the darkness, and overhears all that the real Sosia says.

So. Qui me alter est audacior homo aut qui confidentior,
Juventutis mores qui sciam, qui hoc[1] noctis solus ambulem?
Quid faciam nunc si tresviri[2] me in carcerem compegerint[3]? 155
Inde cras quasi e[4] promptaria cella depromar ad flagrum,
Nec causam[5] liceat dicere mi neque in ero sit quicquam auxili.
Nec quisquam sit quin me malo[6] omnes esse dignum deputent.
Ita quasi incudem[7] me miserum homines octo validi caedant: 159
Ita[8] peregre adveniens hospitio puplicitus accipiar.
Haec eri inmodestia[9] coegit me, qui hoc noctis a portu ingratiis[10]
excitavit: 163. 164
Nonne idem hoc[11] luci me mittere potuit? 165
Opulento homini hoc[12] servitus dura est,
Hoc magis miser est divitis servos:
Noctesque diesque, assiduo,[13] satis superque est,

[1] *hoc noctis:* 'this time of night.'
[2] *tresviri:* 'the police.'
[3] *compegerint:* 'lock me up.'
[4] *e promptaria . . . ad flagrum:* 'be brought out of the cooler to get a warming up.'
[5] *causam dicere:* 'to plead my case.'
[6] *malo:* 'a flogging.'
[7] *incudem:* 'a chopping-block,' 'punching-bag' (*lit.* 'anvil').
[8] *Ita . . . accipiar:* 'This is the kind of public reception I'll have on my return from abroad.'
[9] *inmodestia:* 'impatience,' 'unreasonableness.'
[10] *Ingratiis:* 'whether I wanted to or not.'
[11] *hoc luci mittere:* 'send on this errand by daylight.'
[12] *hoc:* 'for this reason.'
[13] *assiduo:* 'unceasingly.'

Quo[1] facto aut dicto adeo est opus, quietus ne sis.
Ipse dominus dives, operis et laboris expers,[2] 170
Quodquomque[3] homini accidit lubere, posse retur:
Aequom[4] esse putat, non reputat[5] laboris quid sit:
Nec aequom anne iniquom imperet, cogitabit.[6]
Ergo in servitute expetunt[7] multa iniqua:
Habendum et ferundum hoc onus est cum labore. 175
Me. (*to himself*). Satius[8] est me queri illo modo servitutem:
Hodie qui fuerim liber,
Eum nunc potivit[9] pater servitutis:
Hic qui verna[10] natus est queritur.
So. Sum vero vere verbero[11]: numero[12] mihi in mentem fuit 180
Dis advenientem gratias pro meritis[13] agere atque alloqui.
Ne[14] illi edepol, si merito[15] meo referre studeant gratiam,
Aliquem hominem allegent[16] qui mihi advenienti os occillet probe,
Quoniam bene quae in me fecerunt, ingrata[17] ea habui atque inrita.
Me. (*to the audience*). Facit ille quod volgo haud solent, ut quid[18] se
sit dignum sciat. 185

[1] *Quo . . . sis:* 'Which is absolutely necessary to be said or done without your getting a moment's rest.'
[2] *expers:* 'who knows nothing of.'
[3] *Quodquomque . . . retur:* 'Whatever a man happens to desire he considers within the range of possibility.'
[4] *Aequom esse putat:* 'He assumes, supposes it is fair.'
[5] *reputat . . . sit:* 'stop to think how much labor it involves.'
[6] *cogitabit:* 'seriously consider.'
[7] *expetunt:* 'occur.'
[8] *Satius est:* ''Twould be much more to the point.'
[9] *potivit:* 'put into possession of.' *Eum* = me.
[10] *verna:* 'a house-slave.'
[11] *verbero:* 'a wretch.'
[12] *numero:* 'too hastily.'
[13] *meritis:* *i.e.* blessings of safe home-coming.
[14] *Ne illi edepol:* 'I tell you, by George, they.'
[15] *merito meo referre gratiam:* 'reward me in accordance with my deserts.'
[16] *allegent . . . probe:* 'send some fellow to thoroughly smash.'
[17] *ingrata, inrita:* 'unwelcome, worthless.'
[18] *quid . . . dignum:* 'what he deserves.'

So. Quod numquam opinatus[1] fui neque alius quisquam civium
Sibi eventurum, id contigit, ut salvi poteremur domi:
Victores, victis hostibus, legiones reveniunt domum,
Duello[2] exstincto maxumo atque internecatis hostibus.
Quod[3] multa Thebano poplo acerba objecit funera, 190
Id, vi et virtute militum, victum atque expugnatum oppidum est
Imperio atque auspicio eri mei Amphitruonis maxume:
Praeda atque agro adoriaque[4] adfecit populares suos,
Regique Thebano Creoni regnum stabilivit suom.
Me a portu praemisit domum ut haec nuntiem uxori suae: 195
Ut[5] gesserit rem publicam, ductu, imperio, auspicio suo.
Ea nunc meditabor quo modo illi dicam quom[6] illo advenero.
Si dixero mendacium, solens meo more fecero:
Nam quom pugnabant maxume, ego tum fugiebam maxume.
Verum quasi[7] adfuerim tamen simulabo, atque audita eloquar. 200
Sed quo modo et verbis quibus me deceat fabularier,[8]
Prius ipse mecum etiam volo hic meditari. Sic hoc proloquar:
"Principio[9] ut illo advenimus, ubi primum terram tetigimus,
Continuo[10] Amphitruo delegit[11] viros primorum principes.
Eos legat: Telobois jubet sententiam ut dicant suam: 205
'Si sine vi et sine bello velint rapta et raptores tradere,
Si quae asportassent redderent, se exercitum, extemplo,[12] domum
Reducturum, abituros agro Argivos, pacem atque otium
Dare illis: sin aliter sient animati neque dent quae petat,
Sese, igitur, summa vi virisque, eorum oppidum oppugnassere.' 210

[1] *opinatus fui:* 'expected.'
[2] *Duello = bello.*
[3] *Quod* refers to *oppidum* in next line.
[4] *adoria . . . suos:* 'with fame has blessed his fellow-townsmen.'
[5] *Ut gesserit:* 'how he served.'
[6] *quom illo advenero:* 'when I get there.'
[7] *quasi adfuerim simulabo:* 'pretend that I was there.'
[8] *fabularier:* 'to speak.'
[9] *Principio . . . advenimus:* 'When we first got there.'
[10] *Continuo:* 'straightway.'
[11] *delegit, legat:* 'chose, commissions.'
[12] *extemplo:* 'at once.'

Haec ubi Telobois ordine iterarunt quos praefecerat
Amphitruo, magnanimi viri, freti virtute et viribus,
Superbi, nimis ferociter legatos nostros increpant.
Respondent 'bello se et suos tutari posse; proinde,[1] uti
Properiter[2] de suis finibus exercitus deducerent.' 215
Haec[3] ubi legati pertulere, Amphitruo castris ilico[4]
Producit omnem exercitum: contra, Teloboae ex oppido
Legiones educunt suas, nimis pulcris armis praeditas.
Postquam utrimque exitum est maxuma copia,
Dispertiti[5] viri, dispertiti ordines: 220
Nos nostras, more nostro et modo, instruximus
Legiones: item hostes, contra, legiones suas instruont.
Deinde utrique imperatores in medium exeunt,
Extra turbam ordinum colloquontur simul.
Convenit,[6] 'victi utri sint eo proelio, 225
Urbem, agrum, aras, focos, seque uti dederent.'
Postquam id actum est, tubae contra utrimque occanunt:
Consonat terra: clamorem[7] utrimque efferunt.
Imperator utrimque hinc et illinc Jovi
Vota suscipere, utrimque hortari exercitum. 230
Pro se quisque id quod[8] quisque et potest et valet
Edit, ferro ferit: tela frangunt: boat[9]
Caelum fremitu virum: ex spiritu atque anhelitu[10]
Nebula constat: cadunt volnerum vi viri.
Denique ut voluimus, nostra superat manus: 235
Hostes crebri[11] cadunt: nostri contra ingruont.[12]

[1] *proinde:* 'wherefore.'
[2] *Properiter:* 'with all haste.'
[3] *Haec pertulere:* 'brought back this answer.'
[4] *ilico:* 'immediately.'
[5] *Dispertiti:* 'were arranged.'
[6] *Convenit:* 'It was agreed.'
[7] *clamorem:* 'the battle cry.'
[8] *quod quisque . . . edit:* 'performs every feat within his strength and power.'
[9] *boat caelum:* 'the welkin rings.'
[10] *anhelitu:* 'panting.'
[11] *crebri:* 'in great numbers.'
[12] *ingruont* = make a violent assault.

Vicimus vi feroces.
Sed fugam in se tamen nemo convortitur
Nec recedit loco quin[1] statim rem gerat:
Animam omittunt prius quam loco demigrent: 240
Quisque ut steterat, jacet optinetque ordinem.
Hoc ubi Amphitruo erus conspicatus est,
Ilico,[2] equites jubet dextera inducere.
Equites parent citi: ab dextera maxumo
Cum clamore involant, impetu alacri: 245
Foedant et proterunt[3] hostium copias
Jure injustas."

Me. Numquam etiam quicquam adhuc verborum est prolocutus perperam.[4]
Namque ego fui illi in re praesenti et meus, quom pugnatum est, pater.
So. "Perduelles[5] penetrant se in fugam: ibi nostris animus additus est.
Vortentibus Telobois, telis complebantur corpora, 251
Ipsusque Amphitruo regem Pterelam sua obtruncavit manu.
Haec illic est pugnata pugna usque a mani[6] ad vesperum:
Hoc adeo hoc commemini magis quia illo die inpransus[7] fui.
Sed proelium id tandem diremit nox interventu suo. 255
Postridie in castra ex urbe ad nos veniunt flentes principes,
Velatis[8] manibus orant ignoscamus peccatum suom:
Deduntque se, divina humanaque omnia, urbem et liberos,
In dicionem[9] atque in arbitratum, cuncti, Thebano poplo.
Post, ob virtutem,[10] ero Amphitruoni patera[11] donata aurea est, 260

[1] *quin . . . gerat:* 'rather than stand and do his duty.'
[2] *Ilico:* 'instantly.'
[3] *Foedant et proterunt:* 'begrime with the dust of defeat and mow down.'
[4] *perperam:* 'falsely.'
[5] *Perduelles . . . fugam:* 'The foe took to flight.'
[6] *mani:* 'early dawn.'
[7] *inpransus fui:* 'went without my dinner.'
[8] *Velatis:* 'covered' (as suppliants).
[9] *dicionem, arbitratum:* 'power, control.'
[10] *ob virtutem:* 'in recognition of his bravery.'
[11] *patera:* 'cup.'

Qui[1] Pterela potitare rex est solitus." Haec sic dicam erae.
Nunc pergam eri imperium exsequi[2] et me domum capessere.
Me. Attat![3] Illic[4] huc iturus est: ibo ego illic[5] obviam:
Neque ego hunc hominem hodie ad aedis has sinam umquam accedere.
Quando imago est hujus in me, certum[6] est hominem eludere. 265
Et enim vero quoniam formam cepi hujus in med et statum,
Decet et facta moresque hujus habere me similes item.
Itaque me malum esse oportet, callidum,[7] astutum admodum,
Atque hunc, telo suo[8] sibi, malitia, a foribus pellere.
Sed quid illuc est? Caelum aspectat. Observabo quam rem agat.
So. Certe edepol, si quicquam est aliud quod credam aut certo sciam,
Credo ego hac noctu Nocturnum obdormivisse ebrium. 272
Nam neque se Septentriones[9] quoquam in caelo commovent,
Neque se luna quoquam mutat atque[10] uti exorta est semel,
Nec Jugulae[11] neque Vesperugo neque Vergiliae occidunt. 275
Ita statim[12] stant signa neque nox quoquam concedit die.
Me. Perge, Nox, ut occepisti: gere patri morem meo:
Optumo optume optumam operam das, datam pulcre locas.[13]
So. Neque ego hac nocte longiorem me vidisse censeo,
Nisi item unam, verberatus[14] quam pependi perpetem: 280
Eam quoque edepol etiam multo haec vicit longitudine.
Credo edepol equidem dormire Solem, atque adpotum probe[15]:
Mira[16] sunt nisi invitavit sese in cena plusculum.

[1] *Qui:* 'from which.'
[2] *exsequi:* 'perform.'
[3] *Attat:* 'Hark!'
[4] *Illic:* nominative.
[5] *illic* (Dative) *obviam:* 'to meet him.'
[6] *certum est:* 'I'm determined to.'
[7] *callidum:* 'crafty.'
[8] *suo sibi:* 'his very own.'
[9] *Septentriones:* 'the Bears.'
[10] *atque uti:* 'from where she was when.'
[11] *Jugulae, Vesperugo, Vergiliae:* 'Orion, the evening star, the Pleiades.'
[12] *statim:* 'still.'
[13] *pulcre locas:* 'make a good investment.'
[14] *verberatus:* 'after I had been flogged.'
[15] *adpotum probe:* 'pretty well soaked.'
[16] *Mira . . . plusculum:* 'I shouldn't be surprised if he's indulged himself a bit too much at dinner.'

Me. Ain[1] vero, verbero? Deos esse tui similis putas?
Ego pol te, istis tuis pro dictis et malefactis, furcifer,[2] 285
Accipiam: modo,[3] sis, veni huc, invenies infortunium.
So. Ubi[4] sunt isti scortatores qui soli inviti cubant?
Haec[5] nox scita est exercendo scorto conducto male.
Me. Meus pater nunc, pro[6] hujus verbis, recte et sapienter facit
Qui[7] complexus cum Alcumena cubat amans, animo opsequens. 290
So. Ibo ut erus quod imperavit Alcumenae nuntiem.
[*Sosia suddenly sees Mercury.*
Sed quis hic est homo quem ante aedis video hoc[8] noctis? Non placet.
Me. Nullus est hoc metuculosus[9] aeque.
So. Mi in mentem venit:
Illic homo hoc denuo[10] volt pallium detexere.
Me. Timet homo: deludam ego illum.
[*Mercury performs various actions indicative of great strength and ferocity.*
So. Perii, dentes pruriunt[11]! 295
Certe advenientem hic me hospitio[12] pugneo accepturus est.
Credo misericors est: nunc propterea quod me meus erus
Fecit ut vigilarem,[13] hic pugnis faciet hodie ut dormiam.
Oppido[14] interii! Obsecro hercle, quantus et quam validus est!

---

[1] *Ain vero, verbero:* 'You say he has, you wretch?'
[2] *furcifer:* 'jail-bird.'
[3] *modo sis* (= *si vis*): 'just, if you please.'
[4] *Ubi . . . cubant?* 'Where are all those rakes that are unwillingly sleeping alone?'
[5] *Haec . . . male:* 'this is a fine night for enjoying a high-priced mistress.'
[6] *pro hujus verbis:* 'according to what this fellow says.'
[7] *Qui . . . opsequens:* 'in lovingly reclining in the embrace of Alcmena, obeying the dictates of his heart.'
[8] *hoc noctis:* 'at this time of night.'
[9] *metuculosus:* 'chicken-hearted.'
[10] *denuo pallium detexere:* 'pummel,' *lit.* 'weave my cloak over.'
[11] *pruriunt: i.e.* 'show that I'm eager for a beating.'
[12] *hospitio pugneo:* 'a bang-up welcome.'
[13] *vigilarem:* 'keep awake.'
[14] *Oppido:* 'absolutely.'

Me. Clare advorsum fabulabor; haec auscultet[1] quae loquar: 300
Igitur magis modum in majorem in sese concipiet metum.
[*In loud voice, pretending that he has not seen Sosia.*
Agite pugni: jam diu est quom ventri victum[2] non datis.
Jam pridem videtur factum, heri quod homines quattuor
In soporem collocastis nudos.
So. Formido male
Ne ego hic nomen meum commutem et 'Quintus' fiam e Sosia. 305
Quattuor viros sopori se dedisse hic autumat:
Metuo ne numerum augeam illum.
Me. Em, nunciam ergo,[3] sic volo!
So. Cingitur:[4] certe expedit se.
Me. Non[5] feret quin vapulet.
So. Quis homo?
Me. Quisquis homo huc profecto venerit, pugnos edet.[6]
So. Apage,[7] non placet me hoc noctis esse[6]: cenavi modo: 310
Proin,[8] tu istam cenam largire, si sapis, esurientibus.
Me. Haud malum huic est pondus pugno.
So. Perii, pugnos ponderat.
Me. Quid, si ego illum tractim[9] tangam, ut dormiat?
So. Servaveris:
Nam continuas has tris noctes pervigilavi.
Me. Pessumum est
Facinus nequiter[10] ferire malam; male discit manus. 315
Alia forma esse oportet quem tu pugno legeris.[11]

---

[1] *auscultet:* 'let him hear.'
[2] *victum:* 'something to eat.'
[3] *nunciam ergo:* 'now then.'
[4] *Cingitur, expedit se:* 'he's tightening his belt,' 'clearing for action.'
[5] *Non feret quin vapulet:* 'he'll not get off without a beating.'
[6] *edet, esse:* 'eat.'
[7] *Apage:* 'Begone!'
[8] *Proin, largire, esurientibus:* 'and so,' 'lavish,' 'those that are hungry.'
[9] *tractim:* 'just gently.'
[10] *nequiter:* 'feebly.'
[11] *legeris:* 'graze.'

So. Illic homo me interpolabit[1] meumque os finget denuo.
Me. Exossatum os esse oportet quem probe[2] percusseris.
So. Mirum ni hic me quasi murenam[3] exossare cogitat.
Ultro istunc qui exossat homines! Perii si me aspexerit. 320
Me. Olet[4] homo quidam, malo suo.
So. Ei, numnam ego obolui?
Me. Atque haud longe abesse oportet, verum longe hinc afuit.
So. Illic homo superstitiosus[5] est.
Me. Gestiunt[6] pugni mihi.
So. Si in me exerciturus es, quaeso in parietem ut primum domes.[7]
Me. Vox mi ad aures advolavit.
So. Ne[8] ego homo infelix fui 325
Qui[9] non alas intervelli: volucrem vocem gestito.
Me. Illic homo a me sibi malam rem arcessit[10] jumento suo.
So. Non equidem ullum habeo jumentum.
Me. Onerandus est pugnis probe.
So. Lassus sum hercle e navi,[11] ut[12] vectus huc sum: etiam nunc nauseo.
Vix incedo inanis,[13] ne ire posse cum onere existumes. 330
Me. Certe enim hic nescioquis[14] loquitur.
So. Salvos sum, non me videt:
'Nescioquem' loqui autumat[15]: mihi certo nomen Sosiae est.
Me. Hinc enim mihi dextra vox auris, ut videtur, verberat.
So. Metuo vocis ne vicem[16] hodie hic vapulem,[17] quae hunc verberat.

---

[1] *interpolabit:* 'going to knead me over.'
[2] *probe:* 'with all your might.'
[3] *murenam:* 'an eel.'
[4] *Olet:* 'smells.'
[5] *superstitiosus:* 'a regular wizard.'
[6] *Gestiunt:* 'are eager for the fray.'
[7] *domes:* 'soften 'em up.'
[8] *Ne:* 'I tell you.'
[9] *Qui . . . intervelli:* 'for not clipping its wings, for I've a voice that flies.'
[10] *malam rem arcessit:* 'is looking for trouble.'
[11] *e navi:* 'from my voyage.'
[12] *ut . . . sum:* 'after sailing here.'
[13] *inanis:* 'empty-handed.'
[14] *nescioquis:* 'somebody or other.'
[15] *autumat:* 'says.'
[16] *vicem:* 'instead of.'
[17] *vapulem:* 'get a beating.'

Me. Optume eccum incedit ad me!
So. Timeo, totus torpeo. 335
Non edepol nunc ubi terrarum sim scio, siquis roget,
Neque miser me commovere possum prae formidine.
Ilicet[1]: mandata eri perierunt una et Sosia.
Verum certum[2] est confidenter hominem contra conloqui,
Qui[3] possim videri huic fortis, a me ut abstineat manum. 340
Me. (*in loud voice to Sosia*). Quo ambulas tu qui Volcanum in cornu conclusum geris?
So. Quid id exquiris tu qui pugnis os exossas hominibus?
Me. Servosne es an liber?
So. Utquomque animo conlubitum est meo.
Me. Ain vero?[4]
So. Ajo enim vero.
Me. Verbero![5]
So. Mentiris nunc.
Me. At jam faciam ut verum dicas dicere.
So. Quid eo est opus? 345
Me. Possum scire quo profectus, quojus[6] sis, aut quid veneris?
So. Huc eo, eri sum servos. Numquid[7] nunc es certior?
Me. Ego tibi istam hodie, sceleste, comprimam[8] linguam.
So. Haud potes:
Bene pudiceque adservatur.
Me. Pergin[9] argutarier?
Quid[10] apud hasce aedis negoti est tibi?
So. Immo quid tibi est? 350
Me. Rex Creo vigiles nocturnos singulos semper locat.

---

[1] *Ilicet:* 'It's all up.'
[2] *certum est:* 'I'm determined.'
[3] *Qui:* 'so that.'
[4] *Ain vero?* 'You say so, do you?'
[5] *Verbero!* 'You scoundrel!'
[6] *quojus:* 'whose man.'
[7] *Numquid . . . certior:* 'Now, do you know any more than you did?'
[8] *comprimam:* 'give a squeeze to.'
[9] *Pergin argutarier?* 'Are you going to keep on prattling?'
[10] *Quid negoti est tibi?* 'What business have you?'

So. Bene facit: quia nos eramus peregri,[1] tutatus est domi.
At nunc abi sane, advenisse familiares dicito.
Me. Nescio quam tu familiaris sis: nisi actutum hinc abis,
Familiaris, accipiere faxo haud familiariter. 355
So. Hic inquam habito ego atque horunc servos sum.
Me. At scin quo modo?
Faciam ego hodie te superbum nisi hinc abis.
So. Quonam modo?
Me. Auferere, non abibis, si ego fustem[2] sumpsero.
So. Quin me esse hujus familiai familiarem praedico.
Me. Vide sis quam mox vapulare vis, nisi actutum[3] hinc abis. 360
So. Tun domo prohibere peregre me advenientem postulas?
Me. Haecine tua domus est?
So. Ita inquam.
Me. Quis erus est igitur tibi?
So. Amphitruo, qui nunc praefectus[4] est Thebanis legionibus,
Quicum nupta est Alcumena.
Me. Quid ais? Quid nomen tibi est?
So. Sosiam vocant Thebani, Davo prognatum patre. 365
Me. Ne[5] tu istic hodie, malo tuo, compositis mendaciis[6]
Advenisti, audaciai columen,[7] consutis dolis.
So. Immo equidem tunicis consutis huc advenio, non dolis.
Me. At mentiris etiam[8]: certo pedibus, non tunicis venis.
So. Ita profecto.[9]
Me. Nunc 'profecto' vapula[10] ob mendacium! 370
So. Non edepol volo 'profecto.'

---

[1] *peregri:* 'away from home,' 'abroad.' *peregre* (line 361) is 'from abroad.'
[2] *fustem:* 'cudgel.'
[3] *actutum:* 'instantly.'
[4] *praefectus est:* 'is general in command of.'
[5] *Ne:* 'I tell you.'
[6] *compositis mendaciis advenisti:* 'came with trumped-up lies.'
[7] *audaciai . . . dolis:* 'you brazen monument, with your patched-up tricks.'
[8] *etiam:* 'again.'
[9] *Ita profecto:* 'That's so for a [fact.'
[10] *vapula:* 'take that!'

Me. (*striking him*) At pol 'profecto' ingratiis[1]:
Hoc quidem 'profecto' certum est, non est arbitrarium.[2]
So. Tuam fidem obsecro.
Me. Tun te audes Sosiam esse dicere,
Qui ego sum? (*strikes him again*).
So. Perii!
Me. Parum etiam, praeut[3] futurum est, praedicas.
Quojus nunc es?
So. Tuos: nam pugnis usu[4] fecisti tuom. 375
Pro fidem, Thebani cives!
Me. Etiam clamas, carnufex[5]?
Loquere quid venisti?
So. Ut esset quem tu pugnis caederes.
Me. Quojus es?
So. Amphitruonis, inquam, Sosia.
Me. Ergo istoc magis,
Quia vaniloquos[6] es, vapulabis: ego sum, non tu, Sosia.
So. Ita di faciant ut tu potius sis, atque ego te ut verberem! 380
Me. Etiam muttis?
So. Jam tacebo.
Me. Quis tibi erus est?
So. Quem tu voles.
Me. Quid igitur? Qui[7] nunc vocare?
So. Nemo nisi quem jusseris.
Me. Amphitruonis te esse ajebas Sosiam.
So. Peccaveram:
Nam Amphitruonis Sosiam non me esse volui dicere.

---

[1] *ingratiis:* 'whether you want to or not.'
[2] *arbitrarium:* 'a matter of opinion.'
[3] *praeut futurum est:* 'in comparison with what's going to happen.'
[4] *usu:* 'by long occupation.'
[5] *carnufex:* 'scoundrel.'
[6] *vaniloquos:* 'wind-bag.'
[7] *qui:* 'by what name' (*lit.* 'how').

Me. Scibam equidem nullum esse nobis nisi me servom Sosiam. 385
Fugit[1] te ratio.
So. Utinam istuc pugni fecissent tui!
Me. Ego sum Sosia ille quem tu dudum esse ajebas mihi.
So. Obsecro ut per pacem[2] liceat te alloqui ut ne vapulem.
Me. Immo indutiae[3] parumper[4] fiant, siquid vis loqui.
So. Non loquar nisi pace facta, quando pugnis plus vales. 390
Me. Dic siquid vis: non nocebo.
So. Tuae fidei credo?
Me. Meae.[5]
So. Quid si falles?
Me. Tum Mercurius Sosiae iratus siet!
So. Animum advorte: nunc licet mihi libere quidvis loqui.
Amphitruonis ego sum servos Sosia.
Me. Etiam denuo?
So. Pacem feci, foedus feci, vera dico.
Me. Vapula![6] 395
So. Ut lubet, quid tibi lubet fac, quoniam pugnis plus vales.
Verum utut es facturus, hoc quidem hercle haud reticebo tamen.
Me. Tu me vivos hodie numquam facies[7] quin sim Sosia.
So. Certe edepol tu me alienabis[8] numquam quin noster siem:
Nec nobis praeter med alius quisquam est servos Sosia, 400
Qui cum Amphitruone nostro hinc una ierat in exercitum.
Me. Hic homo sanus non est.
So. Quod mihi praedicas vitium id tibi est.
Quid, malum,[9] non sum ego servos Amphitruonis Sosia?

[1] *Fugit te ratio:* 'The count escaped you.'
[2] *per pacem, ut ne vapulem:* 'peacefully, without getting thumped.'
[3] *indutiae:* 'cessation of hostilities.'
[4] *parumper:* 'for a little while.'
[5] *Meae:* 'Yes.'
[6] *Vapula!* 'Take that!' (Mercury strikes him.)
[7] *facies quin sim:* 'make out that I'm not.'
[8] *alienabis quin siem:* 'change me from being.'
[9] *malum:* 'wretch.'

Nonne hac noctu nostra navis huc ex portu Persico
Venit quae me advexit? Nonne me huc erus misit meus? 405
Nonne ego nunc sto ante aedes nostras? Non mi est lanterna in manu?
Non loquor? Non vigilo?[1] Nonne hic homo modo me pugnis contudit?
Fecit hercle: nam etiam misero nunc mihi malae dolent.
Quid igitur ego dubito, aut cur non intro eo in nostram domum?
Me. Quid, domum vostram?
So. Ita[2] enim vero.
Me. Quin quae dixisti modo, 410
Omnia ementitus[3] es: equidem Sosia Amphitruonis sum.
Nam noctu hac soluta est navis nostra e portu Persico,
Et ubi Pterela rex regnavit, oppidum expugnavimus,
Et legiones Teloboarum vi pugnando cepimus,
Et ipsus Amphitruo optruncavit regem Pterelam in proelio. 415
So. Egomet mihi non credo quom illaec autumare[4] illum audio:
Hicquidem certe quae illic sunt res gestae memorat memoriter.[5]
Sed quid ais? Quid Amphitruoni doni a Telobois datum est?
Me. Pterela rex qui potitare solitus est patera[6] aurea.
So. Elocutus est.[7] Ubi patera nunc est?
Me. Est in cistula, 420
Amphitruonis obsignata signo est.
So. Signi[8] dic quid est?
Me. Cum quadrigis[9] Sol exoriens. Quid[10] me captas, carnufex?
So. Argumentis[11] vicit: aliud nomen quaerundum est mihi.
Nescio unde[12] haec hic spectavit. Jam ego hunc decipiam probe:

[1] *Non vigilo?* 'Am I not awake?'
[2] *Ita enim vero:* 'Why, yes indeed!'
[3] *ementitus es:* 'you've lied about.'
[4] *autumare:* 'recount.'
[5] *memoriter:* 'accurately.'
[6] *patera:* 'cup.'
[7] *Elocutus est:* 'He's hit the nail on the head.'
[8] *quid signi:* 'What kind of a seal.'
[9] *quadrigis:* 'four-horse chariot.'
[10] *Quid . . . carnufex:* 'What are you trying to catch me for, you scoundrel?'
[11] *Argumentis vicit:* 'has convinced with proofs.'
[12] *Nescio unde:* 'From some place or other.'

Nam quod egomet solus feci nec quisquam alius affuit 425
In tabernaclo, id quidem hodie numquam poterit dicere.
Si tu Sosia es, legiones quom pugnabant maxume,
Quid in tabernaclo fecisti? Victus sum si dixeris.
Me. Cadus[1] erat vini: inde implevi hirneam.[1]
So. Ingressus est viam.[2]
Me. Eam ego, ut matre fuerat natum, vini eduxi meri.[3] 430
So. Factum[4] est illud ut ego illic vini hirneam ebiberim meri.
Mira sunt nisi latuit intus illic in illac hirnea.
Me. Quid nunc? Vincon argumentis te non esse Sosiam?
So. Tu negas med esse?
Me. Quid ego ni negem, qui egomet siem?
So. Per Jovem juro med esse neque me falsum dicere. 435
Me. At ego per Mercurium juro tibi Jovem non credere:
Nam injurato[5] scio plus credet mihi quam jurato tibi.
So. Quis ego sum saltem[6] si non sum Sosia? Te interrogo.
Me. Ubi ego Sosia nolim esse, tu esto sane Sosia:
Nunc quando ego sum, vapulabis[7] ni hinc abis, ignobilis. 440
So. Certe edepol, quom illum contemplo et formam cognosco meam,
Quem[8] ad modum ego sum — saepe in speculum[9] inspexi —: nimis similis est mei.
Itidem habet petasum[10] ac vestitum: tam consimilis est atque ego.
Sura,[11] pes, statura, tonsus,[12] oculi, nasum, vel labra,
Malae,[13] mentum, barba, collus: totus. Quid verbis opus est? 445

[1] *Cadus, hirneam:* 'jar, jug.'
[2] *Ingressus est viam:* 'He's started out on the right track.'
[3] *vini . . . meri:* 'drained it of wine as pure.'
[4] *Factum . . . ut:* 'It is true that.'
[5] *injurato:* 'without being on oath.'
[6] *saltem:* 'for goodness' sake.'
[7] *vapulabis ignobilis:* 'you'll catch it, you nobody.'
[8] *Quem . . . sum:* 'how I am built.'
[9] *speculum:* 'looking-glass.'
[10] *petasum:* 'hat.'
[11] *Sura:* 'legs.'
[12] *tonsus:* 'cut of his hair.'
[13] *Malae, mentum, barba:* 'cheeks, chin, beard.'

Si tergum cicatricosum,[1] nil hoc simili est similius.[2]
Sed quom cogito, equidem certo idem sum qui semper fui.
Novi erum, novi aedis nostras: sane sapio et sentio.
Non ego illi optempero[3] quod loquitur: pultabo[4] foris.
Me. Quo agis te?
So. Domum.
Me. Quadrigas[5] si nunc inscendas Jovis 450
Atque hinc fugias, ita vix poteris effugere infortunium.
So. Nonne erae meae nuntiare quod erus meus jussit licet?
Me. Tuae siquid vis nuntiare: hanc nostram adire non sinam.
Nam si me inritassis, hodie lumbifragium[6] hinc auferes.
So. Abeo potius. Di inmortales, obsecro vostram fidem. 455
Ubi ego perii? Ubi inmutatus sum? Ubi ego formam perdidi?
An[7] egomet me illic reliqui, si forte oblitus fui?
Nam hicquidem omnem imaginem meam, quae antehac fuerat, possidet.
Vivo fit quod numquam quisquam mortuo faciet mihi.
Ibo ad portum atque haec uti sunt facta, ero[8] dicam meo: 460
Nisi etiam is quoque me ignorabit,[9] — quod[10] ille faxit Juppiter,
Ut ego hodie, raso capite, calvos, capiam pilleum.[11]

[*Sosia goes back to the harbor to tell his master the marvellous tale of the pommelling he has received from his double.*

[1] *cicatricosum:* 'all scarred up.'
[2] *nil similius: i.e.* 'we are as like as two peas.'
[3] *optempero:* 'obey.'
[4] *pultabo:* 'knock at.'
[5] *Quadrigas:* 'four-horse chariot.'
[6] *lumbifragium:* 'a broken-backed wreck.'
[7] *An:* 'Perhaps.'
[8] *ero:* 'master.'
[9] *ignorabit:* 'fail to recognize.'
[10] *quod . . . Juppiter:* 'and may great Jupiter grant that he will!'
[11] *pilleum:* 'skull-cap.'

MERCURIUS.

Bene prospere hoc[1] hodie operis processit mihi:
Amovi a foribus maxumam molestiam,
Patri ut liceret tuto illam amplexarier. 465
Jam ille[2] illuc ad erum quom Amphitruonem advenerit,
Narrabit servom hinc sese a foribus Sosiam[3]
Amovisse: ille[4] adeo illum mentiri sibi
Credet neque credet huc profectum, ut jusserat.
Erroris ambo ego illos et dementiae 470
Complebo, atque omnem Amphitruonis familiam,
Adeo usque satietatem dum capiet pater
Illius quam amat: igitur demum omnes scient
Quae facta. Denique Alcumenam Juppiter
Rediget antiquam conjugi in concordiam. 475
Nam Amphitruo actutum[5] uxori turbas conciet,
Atque insimulabit[6] eam probri: tum meus pater
Eam seditionem illi in tranquillum conferet.
Nunc de Alcumena dudum quod dixi minus,
Hodie illa pariet filios geminos duos: 480
Alter decumo post mense nascetur puer
Quam seminatus[7] est, alter mense septumo.
Eorum Amphitruonis alter est, alter Jovis.
Verum minori puero major est pater,
Minor majori. Jamne hoc scitis quid siet? 485
Sed Alcumenae hujus honoris gratia

[1] *hoc operis:* 'this job.'
[2] *ille: i.e.* 'the real Sosia,' to whom *sese* in the next line and *illum* in the next also refer.
[3] *Sosiam:* in apposition with *servom.*
[4] *ille: i.e.* 'the real Amphitruo.'
[5] *actutum turbas conciet:* 'will straightway raise a row.'
[6] *insimulabit:* 'charge.'
[7] *seminatus:* 'begotten.'

Pater curavit[1] uno ut fetu fieret
Uno ut labore absolvat aerumnas duas,
Ut ne in suspicione ponatur stupri,
Et clandestina ut celetur consuetio. 490
Quamquam, ut jam dudum dixi, rescisset[2] tamen
Amphitruo rem omnem. Quid igitur? Nemo[3] id probro
Profecto ducet Alcumenae: nam[4] deum
Non par videtur facere delictum suom
Suamque culpam expetere in mortalem ut sinat. 495
Orationem comprimam: crepuit[5] foris.
Amphitruo subditivos eccum exit foras
Cum Alcumena uxore usuraria.[6]

JUPPITER, ALCUMENA, MERCURIUS.

Jupiter, in the guise of Amphitruo, has come back during the night to Alcmena, pretending that he has slipped away from the army to be the first one to bring her the tidings of the Theban victory. Dawn is approaching, and he is bidding her farewell.

Ju. Bene vale,[7] Alcumena, cura rem communem, quod facis,
Atque inperce,[8] quaeso: menses jam tibi esse actos vides. 500
Mihi necesse est ire hinc: verum quod erit natum tollito.[9]

[1] *curavit . . . consuetio:* 'has arranged that it should be at a single birth that she, with only one labor, should suffer the double pains, so that she shall not be placed in suspicion of unchastity, and further that his own secret intimacy with her shall be concealed.'
[2] *rescisset:* 'will find out about.'
[3] *Nemo . . . : i.e.* 'no one will think that Alcmena is unchaste.' Mercury apparently is reassuring the audience.
[4] *nam . . . sinat:* 'it doesn't seem right for a god to let the penalty for his own wrong-doing fall on a mortal's head.'
[5] *crepuit:* 'creaks.'
[6] *usuraria:* 'borrowed.'
[7] *Bene vale:* 'Farewell.'
[8] *inperce:* 'take care of yourself.'
[9] *tollito: lit.* 'lift up.'

Al. Quid[1] istuc est, mi vir, negoti quod tu tam subito domo
Abeas?
Ju. Edepol haud quod tui me neque domi distaedeat:
Sed ubi summus imperator non adest ad exercitum,
Citius quod non facto est usus[2] fit quam quod facto est opus. 505
Me. Nimis[3] hic scitus est sycophanta, qui quidem meus sit pater.
Observatote eum, quam blande mulieri palpabitur.[4]
Al. Ecastor te experior quanti facias uxorem tuam.
Ju. Satin habes[5] si feminarum nulla est quam aeque diligam?
Me. Edepol ne illa[6] si istis rebus te sciat operam dare, 510
Ego faxim,[7] ted Amphitruonem esse malis quam Jovem.
Al. Experiri istuc mavellem me quam mi memorarier.
Prius[8] abis quam lectus ubi cubuisti concaluit locus.
Heri venisti media nocte, nunc abis. Hocine placet?[9]
Me. Accedam atque hanc appellabo et subparasitabor[10] patri. 515
(*To Alcmena.*) Numquam edepol quemquam mortalem credo ego uxorem suam
Sic ecflictim[11] amare, proinde ut hic te ecflictim deperit.[12]
Ju. Carnufex,[13] non ego te novi? Abin e conspectu meo?
Quid tibi hanc curatio est rem,[14] verbero, aut muttitio?
Quoji ego jam hoc scipione[15] —
Al. Ah noli.
Ju. Muttito modo. 520

[1] *Quid est negoti:* 'What's the reason?'
[2] *facto est usus = facto est opus:* 'ought to be done.'
[3] *Nimis . . . sit:* 'A very smooth-tongued liar, this, as he ought to be, seeing that he is.'
[4] *blande palpabitur:* 'how softly he will caress.'
[5] *Satin habes:* 'Isn't it enough?'
[6] *illa:* 'my lady'; *i.e.* Juno, Jupiter's real wife.'
[7] *faxim:* 'I'll warrant you.'
[8] *Prius . . . locus:* 'You're off and away before your place in bed got warm.'
[9] *Hocine placet?* 'Is this a nice thing to do?'
[10] *subparasitabor:* 'help out, back up.'
[11] *ecflictim:* 'to distraction.'
[12] *deperit:* 'madly loves.'
[13] *Carnufex:* 'Scoundrel.'
[14] *rem:* object of the verbal noun *curatio.*
[15] *scipione:* 'stick.'

Me. Nequiter[1] paene expedivit prima parasitatio.
Ju. Verum quod tu dicis, mea uxor, non te mi irasci decet.
Clanculum abii a legione: operam hanc subrupui tibi,
Ex me primo ut prima scires rem ut gessissem publicam.
Ea tibi omnia enarravi. Nisi te amarem plurumum 525
Non facerem.[2]
Me. Facitne ut dixi? Timidam palpo[3] percutit.
Ju. Nunc, ne legio persentiscat,[4] clam illuc redeundum est mihi,
Ne me uxorem[5] praevortisse dicant prae re publica.
Al. Lacrumantem[6] ex abitu concinnas tu tuam uxorem.
Ju. Tace:[7]
Ne corrumpe oculos: redibo actutum.
Al. Id 'actutum' diu est. 530
Ju. Non ego te hic lubens relinquo neque abeo abs te.
Al. Sentio[8]:
Nam qua nocte ad me venisti, eadem abis.
Ju. Cur me tenes?
Tempus est: exire ex urbe prius quam lucescat[9] volo.
Nunc tibi hanc pateram quae dono mi illi ob virtutem[10] data est,
Pterela rex qui[11] potitavit[12] quem ego mea occidi manu, 535
Alcumena, tibi condono.
Al. Facis ut alias res soles.
Ecastor[13] condignum donum, qualis est qui donum dedit.
Me. Immo sic: condignum donum, qualis est quoi dono datum est.

[1] *Nequiter expedivit:* 'turned out badly.'
[2] *Non facerem:* 'I shouldn't have done it.'
[3] *palpo percutit = palpatur.*
[4] *persentiscat:* 'get wind of the matter.'
[5] *uxorem praevortisse:* 'shown preference to my wife.'
[6] *Lacrumantem concinnas:* 'throw into tears.'
[7] *Tace . . . actutum:* 'There, there, don't spoil your pretty eyes, I'll be back in a little while!'
[8] *Sentio:* 'I know it.'
[9] *lucescat:* 'the day breaks.'
[10] *ob virtutem:* 'in recognition of my bravery.'
[11] *qui:* 'out of which.'
[12] *potitavit:* 'customarily drank.'
[13] *Ecastor:* 'I declare!'

Ju. Pergin[1] autem? Nonne ego possum, furcifer,[2] te perdere?
Al. Noli, amabo,[3] Amphitruo, irasci Sosiae, causa mea. 540
Ju. Faciam ita ut vis.
Me. Ex amore hic admodum quam saevos est.
Ju. Numquid vis?
Al. Ut quom absim ames tu me tuam absentem tamen.
Me. Eamus, Amphitruo: lucescit hoc[4] jam.
Ju. Abi prae, Sosia:
Jam ego sequar. Numquid vis?
Al. Etiam: ut actutum advenias.
Ju. Licet:
Prius tua opinione hic adero: bonum animum habe. 545
Nunc te, nox, quae me mansisti,[5] mitto[6] uti cedas die,
Ut mortalis inlucescas luce clara et candida.
Atque quanto, nox, fuisti longior hac proxuma,
Tanto brevior dies ut fiat faciam, ut aeque[7] disparet,
Et dies[8] e nocte accedat. Ibo et Mercurium sequar. 550
[*Exeunt Jupiter and Mercury.*

[1] *Pergin autem:* 'Are you putting in your mouth again?'
[2] *furcifer:* 'gallows-bird.'
[3] *amabo:* 'there's a dear.'
[4] *hoc*, pointing to the east.
[5] *mansisti:* 'waited for.'
[6] *mitto* = *permitto.*
[7] *ut aeque disparet:* 'that the difference [between to-day and an ordinary day] may be equal [to that between last night and an ordinary night].'
[8] *dies . . . accedat: i.e.* 'that day may come after [*lit.* 'from'] night.'

ACTUS II.

AMPHITRUO, SOSIA.

Amphitruo has incredulously listened to the wonderful story about the second Sosia, and is on his way home in person to clear up the mystery.

Am. Age i tu secundum.[1]
So. Sequor, subsequor[2] te.
Am. Scelestissumum te arbitror.
So. Nam quam ob rem?
Am. Quia id quod neque est neque fuit neque futurum est
Mihi praedicas.
So. Eccere,[3] jam tuatim
Facis ut tuis nulla apud te fides sit. 555
Am. Quid est? Quo modo? Jam quidem hercle ego tibi istam
Scelestam, scelus, linguam abscidam.
So. Tuos sum:
Proinde ut commodum est et lubet, quicque facias.
Tamen quin loquar[4] haec uti facta sunt hic,
Numquam ullo modo me potes deterrere. 560
Am. Scelestissume, audes mihi praedicare id,
Domi te esse nunc, qui hic ades?
So. Vera dico.
Am. Malum[5] quod tibi di dabunt atque ego hodie
Dabo.
So. Istuc[6] tibi est in manu: nam tuos sum.
Am. Tun me, verbero, audes erum ludificari? 565

[1] *secundum:* 'behind me.'
[2] *subsequor te:* 'I'm right at your heels.'
[3] *Eccere . . . sit:* 'On my word, that's just like you, not to have a bit of confidence in your own people.'
[4] *quin loquar deterrere:* 'frighten me out of saying.'
[5] *Malum quod . . . dabunt:* 'It's a beating on account of this that the gods will give you.'
[6] *Istuc . . . manu:* 'That [whipping me] is in your power.'

Tune id dicere audes, quod nemo umquam homo antehac
Vidit, nec potest fieri, tempore uno
Homo idem duobus locis ut simul sit?
So. Profecto, ut loquor, res ita est.
Am. Juppiter te
Perdat!
So. Quid[1] mali sum, ere, tua ex re promeritus? 570
Am. Rogasne, improbe, etiam qui ludos facis me?
So. Merito maledicas mi, si non id ita factum est.
Verum haud mentior, resque uti facta dico.
Am. Hic homo ebrius est, ut opinor.
So. Utinam ita essem!
Am. Optas quae facta.
So. Egone?
Am. Tu istic:
Ubi bibisti? 575
So. Nusquam equidem bibi.
Am. Quid hoc sit hominis?
So. Equidem decies dixi: domi ego sum, inquam, ecquid audis?[2]
Et apud te adsum Sosia idem.
Satin hoc plane, satin diserte, ere, nunc videor tibi locutus esse?
Am. Vah,
Apage[3] te a me!
So. Quid est negoti?[4]
Am. Pestis[5] te tenet. 580
So. Nam quor istuc
Dicis? Equidem valeo et salvos sum recte, Amphitruo.
Am. At te ego faciam hodie, proinde ac meritus es,
Ut minus valeas et miser sis, salvos domum si rediero jam.

[1] *Quid . . . promeritus:* 'What punishment have I deserved in connection with your affairs; *i.e.* concerning my conduct of your affairs?'
[2] *ecquid audis?* 'don't you hear?'
[3] *Apage:* 'Begone!'
[4] *Quid est negoti?* 'What's the trouble?'
[5] *Pestis te tenet:* 'You are possessed of a devil!'

Sequere sis, erum qui ludificas dictis delirantibus: 585
Qui quoniam erus quod imperavit neglexisti persequi,
Nunc venis etiam ultro inrisum dominum: quae neque fieri
Possunt neque fando[1] umquam accepit quisquam, profers, carnufex[2]:
Quojus ego hodie in tergum faxo ista expetant[3] mendacia.
So. Amphitruo, miserruma istaec miseria est servo bono, 590
Apud erum qui vera loquitur, si id vi verum vincitur.
Am. Quo id, malum,[4] pacto potest nam — mecum argumentis[5] puta —
Fieri, nunc uti tu et hic sis et domi? Id dici volo.
So. Sum profecto[6] et hic et illi: hoc quoivis mirari licet,
Neque vero tibi istuc mirum magis videtur quam mihi. 595
Am. Quo modo?
So. Nilo, inquam, mirum magis tibi istuc quam mihi:
Neque, ita me di ament,[7] credebam primo mihimet Sosiae,
Donec Sosia me ille egomet fecit sibi uti crederem.
Ordine omne, uti quicque actum est, dum apud hostis sedimus,
Edissertavit[8]: tum formam una abstulit cum nomine. 600
Neque lac lactis magis est simile quam ille ego similis est mei.
Nam ut dudum ante lucem a portu me praemisisti domum —
Am. Quid igitur?
So. Prius multo ante aedis stabam quam illo adveneram.
Am. Quas,[9] malum, nugas? Satin[10] tu sanus es?
So. Sic sum ut vides.
Am. Huic homini nescioquid[11] est mali mala objectum manu, 605
Postquam a me abiit.
So. Fateor[12]: nam sum obtusus pugnis pessume.

[1] *fando accepit:* 'heard tell of.'
[2] *carnufex:* 'you scoundrel.'
[3] *expetant:* 'come home to roost.'
[4] *Quo malum pacto:* 'How the mischief?'
[5] *argumentis puta:* 'reason.'
[6] *profecto:* 'for a fact.'
[7] *ita me di ament:* 'so help me Heaven!'
[8] *Edissertavit:* 'recounted.'
[9] *Quas nugas:* 'What nonsense!'
[10] *Satin:* 'Are you quite?'
[11] *nescioquid . . . manu:* 'some evil spell has been cast by an evil hand.'
[12] *Fateor: i.e.* 'You're right, it was an "evil hand," for,' etc.

Am. Quis te verberavit?[1]
So. Egomet memet, qui nunc sum domi.
Am. Cave[2] quicquam nisi quod rogabo te, mihi responderis.
Omnium primum, iste qui sit Sosia, hoc dici volo.
So. Tuos est servos.
Am. Mihi quidem uno te plus etiam est quam volo, 610
Neque, postquam sum natus, habui nisi te servom Sosiam.
So. At ego nunc, Amphitruo, dico: Sosiam servom tuom
Praeter me alterum, inquam, adveniens faciam ut offendas[3] domi,
Davo prognatum patre eodem quo ego sum, forma, aetate item
Qua ego sum. Quid opus est verbis? Geminus Sosia hic factus est tibi.
Am. Nimia memoras mira. Sed vidistin uxorem meam? 616
So. Quin intro ire in aedis numquam licitum est.
Am. Quis te prohibuit?
So. Sosia ille, quem jam dudum dico, is qui me contudit.
Am. Quis istic Sosia est?
So. Ego, inquam; quotiens dicendum est tibi?
Am. Sed quid ais?[4] Num obdormivisti dudum?
So. Nusquam gentium.[5] 620
Am. Ibi[6] forte istum, si vidisses quendam in somnis Sosiam —
So. Non soleo ego somniculose eri imperia persequi.
Vigilans vidi, vigilans nunc quoque video, vigilans fabulor,
Vigilantem ille me jam dudum vigilans pugnis contudit.
Am. Quis homo?
So. Sosia, inquam, ego ille. Quaeso,[7] nonne intellegis? 625
Am. Qui, malum,[8] intellegere quisquam potis est, ita[9] nugas blatis.

---

[1] *te verberavit:* 'gave you a thumping.'
[2] *Cave:* 'Mind you don't.'
[3] *offendas:* 'run up against.'
[4] *Sed quid ais:* 'But say!'
[5] *Nusquam gentium:* 'not on your life!' (*lit.* 'nowhere in the world').
[6] *Ibi . . . : i.e.* ''Twas in your dreams that you would have seen him, if you had seen him at all.'
[7] *Quaeso . . . :* 'My! Don't you understand?'
[8] *Qui malum:* 'How the mischief?'
[9] *ita nugas blatis:* 'such nonsense you are babbling.'

So. Verum actutum[1] nosces quom illum nosces servom Sosiam.
Am. Sequere hac igitur me: nam mi istuc[2] primum exquisito est opus.
Sed vide ex navi efferantur quae imperavi jam omnia.
So. Et memor sum et diligens ut quae imperes compareant: 630
Non ego cum vino simitu[3] ebibi imperium tuom.
Am. Utinam di faxint infecta dicta re eveniant tua.

ALCUMENA, THESSALA, AMPHITRUO, SOSIA.

Alcmena, soliloquizing, is beautifully expressing her loyal affection for her husband, when suddenly she sees him (line 660), *as she thinks, returning after his departure only a few minutes before.*

Al. Satin[4] parva res est voluptatum in vita atque in aetate agunda,
Praequam[5] quod molestum est? Ita quoique comparatum[6] est in aetate hominum:
Ita divis est placitum voluptatem ut maeror comes consequatur: 635
Quin incommodi plus malique ilico[7] adsit boni si optigit[8] quid.
Nam ego id nunc experior domo atque ipsa de me scio, quoi voluptas
Parumper data est, dum viri mei mihi potestas videndi fuit
Noctem unam modo: atque is repente abiit a me hinc ante lucem.
Sola hic mihi nunc videor, quia ille hinc abest quem ego amo praeter omnes. 640
Plus aegri[9] ex abitu viri quam ex adventu voluptatis cepi: sed hoc[10] me beat

---

[1] *actutum quom:* 'immediately when,' 'the very minute that.'
[2] *istuc exquisito:* 'looking into that matter.'
[3] *simitu:* 'at a single draught.'
[4] *Satin = satis-ne.* (*Satis* = 'quite, very.')
[5] *Praequam:* 'in comparison with.'
[6] *comparatum:* 'allotted by fate.'
[7] *ilico:* 'on the spot.'
[8] *optigit:* 'happens.'
[9] *Plus aegri:* 'more sorrow.'
[10] *hoc me beat saltem:* 'this thing, at all events, makes me happy.'

Saltem quom perduellis[1] vicit et domum laudis compos[2] revenit : id solacio est.
Absit, dum modo laude parta domum recipiat se : feram et perferam usque 645
Abitum ejus, animo forti atque offirmato : id modo si mercedis
Datur mihi ut meus victor vir belli clueat,[3] satis
Mihi esse ducam. Virtus praemium est optumum,
Virtus omnibus rebus anteit profecto.
Libertas, salus, vita, res et parentes, patria et prognati 650
Tutantur, servantur.
Virtus omnia in sese habet, omnia adsunt bona quem[4] penes est virtus.
Am. Edepol, me uxori exoptatum credo adventurum domum,
Quae me amat, quam contra amo : praesertim, re gesta bene, 655
Victis hostibus, quos nemo posse superari ratus est :
Eos, auspicio meo atque ductu, primo coetu, vicimus.
Certe enim med illi expectatum optato[5] venturum scio.
So. Quid ? Me non rere[6] expectatum amicae venturum meae ?
Al. Meus vir hic quidem est !
Am. Sequere hac tu me.
Al. Nam quid ille revortitur 660
Qui, dudum, properare se aibat ? An ille me temptat sciens,
Atque id se volt experiri, suom abitum ut desiderem ?
Ecastor med haud invita se domum recipit suam.
So. Amphitruo, redire ad navem melius est nos.
Am. Qua gratia ?[7]
So. Quia domi daturus nemo est prandium advenientibus. 665
Am. Qui tibi nunc istuc in mentem est ?
So. Quia enim sero[8] advenimus.

[1] *perduellis :* 'the foe.'
[2] *compos :* 'covered with' (*lit.* 'in possession of').
[3] *clueat :* 'be heralded.'
[4] *quem penes : i.e.* 'to him in whose possession.'
[5] *optato :* 'in accordance with her desire.'
[6] *rere :* 'don't you think ?'
[7] *Qua gratia ?* 'What for ?'
[8] *sero :* 'too late.'

Am. Qui ?
So. Quia Alcumenam ante aedis stare saturam[1] intellego.
Am. Gravidam ego illanc hic reliqui, quom abeo.
So. Ei, perii miser !
Am. Quid tibi est ?
So. Ad aquam praebendam commodum[2] adveni domum,
Decumo post mense, ut rationem[3] te ductare intellego. 670
Am. Bono animo es !
So. Scin quam bono animo sim ? Si situlam[4] cepero,
Numquam, edepol, tu mihi divini creduis[5] post hunc diem,
Ni ego illi puteo,[6] si occepso, animam omnem intertraxero.
Am. Sequere hac me modo. Alium ego isti rei allegabo[7] : ne time.
Al. Magis nunc me meum officium facere, si huic eam advorsum, arbitror. 675
Am. Amphitruo uxorem salutat laetus speratam suam,
Quam omnium Thebis vir unam esse optumam dijudicat,
Quamque, adeo, cives Thebani vero rumiferant[8] probam.
Valuistin usque[9] ? Expectatun advenio ?
So. Haud vidi magis
Expectatum : eum salutat magis[10] haud quiquam quam canem. 680
Am. Et quom gravidam[11] et quom te pulcre plenam aspicio, gaudeo.
Al. Obsecro, ecastor, quid tu me, deridiculi gratia,
Sic salutas atque appellas, quasi dudum non videris,
Quasi qui nunc primum recipias te domum huc ex hostibus ?

[1] *saturam :* 'looking as if she'd eaten up everything.'
[2] *commodum :* 'just in time.'
[3] *rationem ductare :* 'reckon the count.'
[4] *situlam :* 'bucket.'
[5] *creduis = credas.*
[6] *puteo . . . intertraxero :* 'draw every bit of life out of the well, when once I get a start.'
[7] *allegabo :* 'assign.'
[8] *rumiferant :* 'report,' 'proclaim.' *probam* is predicate.
[9] *usque :* Amphitruo of course means all the time since he went away with the army.
[10] *magis haud quiquam :* 'not at all more.'
[11] *gravidam . . . pulcre plenam :* 'heavy,' 'well filled out.'

Am. Immo equidem, te nisi nunc hodie nusquam vidi gentium. 686
Al. Cur negas?
Am. Quia vera didici dicere.
Al. Haud aequom facit
Qui quod didicit id dediscit. An periclitamini[1]
Quid animi habeam? Sed quid huc vos revortimini tam cito?
An te auspicium commoratum est an tempestas continet, 690
Qui non abiisti ad legiones, ita uti dudum[2] dixeras?
Am. Dudum? Quam dudum istuc factum est?
Al. Temptas[3]: jam dudum,[4] modo.
Am. Qui istuc potis est fieri, quaeso, ut dicis: 'jam dudum, modo?'
Al. Quid enim censes? Te ut deludam contra, lusorem meum,
Qui nunc primum te advenisse dicas, modo qui hinc abieris. 695
Am. Haec quidem deliramenta loquitur.
So. Paulisper mane,
Dum edormiscat unum somnum.
Am. Quaene[5] vigilans somniat?
Al. Equidem ecastor vigilo, et vigilans id quod factum est fabulor:
Nam dudum[6] ante lucem et istunc et te vidi.
Am. Quo in loco?
Al. Hic in aedibus ubi tu habitas.
Am. Numquam factum est.
So. Non taces? 700
Quid si e portu navis huc nos dormientis detulit?
Am. Etiam tu quoque adsentaris huic?
So. Quid vis fieri?

[1] *periclitamini:* 'experimenting' (to see).
[2] *dudum:* 'a while ago.'
[3] *Temptas:* 'You are trying to catch me.'
[4] *jam dudum, modo:* 'a while ago, just'; *i.e.* just a little while ago. In the next line, Amphitruo understanding *jam dudum* in its regular sense, 'a long time ago,' asks what she means by using with it the word *modo*, 'just now.'
[5] *Quaene . . . somniat:* 'Do you mean she's asleep with her eyes wide open?'
[6] *dudum:* 'a while ago.'

Non tu scis? Bacchae[1] bacchanti si velis advorsarier,
Ex insana insaniorem facies, feriet saepius:
Si obsequare,[2] una resolvas plaga.
Am. At[3] pol qui, certa[4] res 705
Hanc est objurgare quae me hodie advenientem domum
Noluerit salutare!
So. Inritabis[5] crabrones.
Am. Tace!
Alcumena, unum rogare te volo.
Al. Quidvis roga.
Am. Num[6] tibi aut stultitia accessit aut superat superbia?
Al. Qui istuc in mentem est tibi ex me, mi vir, percontarier[7]? 710
Am. Quia salutare advenientem me solebas antidhac,[8]
Appellare itidem, ut pudicae suos viros quae sunt solent.
Eo more expertem te factam adveniens offendi[9] domi.
Al. Ecastor equidem te certo heri advenientem ilico
Et salutavi et 'valuissesne usque'[10] exquisivi simul, 715
Mi vir, et manum prehendi et osculum tetuli[11] tibi.
So. Tun heri hunc salutavisti?
Al. Et te quoque etiam, Sosia.
So. Amphitruo, speravi ego istam tibi parturam filium:
Verum non est puero gravida.
Am. Quid igitur?[12]
So. Insania.

[1] *Bacchae . . . advorsarier:* 'contradict a raving Bacchante.'
[2] *obsequare . . . plaga:* 'agree with whatever she says, you'll get off with only a single blow.'
[3] *At pol qui:* 'But by George!'
[4] *certa res est:* 'it's settled that I'm going to.'
[5] *Inritabis crabrones:* 'You'll stir up a hornets' nest.'
[6] *Num tibi . . . superbia:* 'You haven't gone crazy, have you, or been filled with haughty pride?'
[7] *percontarier:* 'to ask.'
[8] *antidhac:* 'heretofore.'
[9] *offendi:* 'I found.'
[10] *valuissesne usque:* 'whether you had been well all the time?'
[11] *tetuli:* 'gave' (*lit.* 'brought').
[12] *Quid igitur?* 'With what then?'

Al. Equidem sana sum, et deos quaeso ut salva pariam filium: 720
Verum tu malum magnum habebis si hic suom officium facit:
Ob istuc omen, ominator, capies quod te condecet.
So. Enim vero praegnati[1] oportet et mălum et mālum dari,
Ut quod obrodat[2] sit, animo si male esse occeperit.
Am. Tu me heri hic vidisti?
Al. Ego, inquam, si vis deciens dicere. 725
Am. In somnis fortasse?
Al. Immo vigilans vigilantem.
Am. Ei misero mihi!
So. Quid tibi[3] est?
Am. Delirat uxor.
So. Atra bili percita[4] est:
Nulla res tam delirantis homines concinnat[5] cito.
Am. Ubi primum tibi sensisti, mulier, impliciscier?
Al. Equidem ecastor sana et salva sum.
Am. Cur igitur praedicas 730
Te heri me vidisse, qui hac noctu in portum advecti sumus?
Ibi cenavi atque ibi quievi in navi noctem perpetem[6]
Neque meum pedem huc intuli etiam in aedis, ut,[7] cum exercitu,
Hinc profectus sum ad Teloboas hostis, eosque ut vicimus.
Al. Immo mecum cenavisti et mecum cubuisti.
Am. Quid est? 735
Al. Vera dico.
Am. Non de hacquidem hercle re: de aliis nescio.
Al. Primulo diluculo[8] abiisti ad legiones.
Am. Quo modo?

[1] *praegnati:* 'a pregnant woman.'
[2] *Ut quod . . . occeperit:* 'That she may have something to gnaw on if she begins to feel faint.'
[3] *Quid tibi est:* 'What's the matter with you?'
[4] *Atra bili percita:* 'troubled with black bile.'
[5] *concinnat = reddit.*
[6] *noctem perpetem:* 'the whole night long.'
[7] *ut:* 'since.'
[8] *Primulo diluculo:* 'At the first little peep of dawn.'

So. Recte dicit, ut commeminit: somnium narrat tibi.
Sed, mulier, postquam experrecta[1] es, te prodigiali Jovi[2]
Aut mola salsa[3] hodie aut ture conprecatam oportuit. 740
Al. Vae capiti tuo!
So. Tua istuc[4] refert si curaveris.
Al. Iterum jam hic in me inclementer dicit, atque id sine malo.
Am. (*to Sosia*). Tace tu! (*To Alcmena.*) Tu dic: egone abs te abii hinc hodie cum diluculo?
Al. Quis igitur nisi vos narravit mi illi[5] ut fuerit proelium?
Am. An etiam id tu scis?
Al. Quippe qui ex te audivi ut urbem maxumam 745
Expugnavisses, regemque Pterelam tute[6] occideris.
Am. Egone istuc dixi?
Al. Tute istic, etiam adstante hoc Sosia.
Am. Audivistin tu me narrare haec hodie?
So. Ubi ego audiverim?[7]
Am. Hanc roga.
So. Mequidem praesente numquam factum est, quod sciam.
Al. (*sarcastically*). Mirum quin te advorsus[8] dicat!
Am. Sosia, age, me huc aspice! 750
So. Specto.
Am. Vera volo loqui te, nolo adsentari mihi.
Audivistin tu hodie me illi dicere ea quae illa autumat[9]?
So. Quaeso edepol, num tu quoque etiam insanis quom id me interrogas,
Qui ipsus equidem nunc primum istanc tecum conspicio simul?
Am. Quid nunc, mulier? Audin illum?
Al. Ego vero, ac falsum dicere. 755

[1] *experrecta es:* 'waked up.'
[2] *prodigiali Jovi:* 'Jove, the god of omens.'
[3] *mola salsa . . . ture:* 'salt-cake . . . incense.'
[4] *istuc:* *i.e.* the *comprecatio.*
[5] *illi:* (adverb) 'there.'
[6] *tute:* 'with your own hand.'
[7] *Ubi audiverim?* 'Where was I to hear it?'
[8] *advorsus dicat:* 'contradict.'
[9] *autumat:* 'asserts.'

Am. Neque tu illi neque mihi viro ipsi credis?
Al. Eo[1] fit quia mihi
Plurumum credo, et scio istaec facta proinde[2] ut proloquor.
Am. Tun me heri advenisse dicis?
Al. Tun te abisse hodie hinc negas?
Am. Nego enim vero, et me advenire nunc primum ajo ad te domum.
Al. Obsecro, etiamne hoc negabis, te auream pateram mihi 760
Dedisse dono hodie, qua te illi donatum esse dixeras?
Am. Neque edepol dedi neque dixi: verum ita animatus fui
Itaque nunc sum ut ea te patera donem. Sed quis istuc tibi
Dixit?
Al. Ego equidem ex te audivi et ex tua accepi manu
Pateram.
Am. Mane, mane, obsecro te! Nimis demiror, Sosia, 765
Qui[3] illaec, illic me donatum esse aurea patera, sciat,
Nisi tu dudum hanc convenisti et narravisti haec omnia.
So. Neque edepol ego dixi, neque istam vidi nisi tecum simul.
Am. Quid[4] hoc sit hominis?
Al. Vin proferri pateram?
Am. Proferri volo.
Al. Fiat.[5] I tu, Thessala, intus pateram proferto foras 770
Qua hodie meus vir donavit me.
Am. Secede huc tu, Sosia.
Enim vero illud, praeter alia mira, miror maxume,
Si haec habet illam.
So. An etiam credis id quae in hac cistellula
Tuo signo obsignata fertur?
Am. Salvom signum est?
So. Inspice.

[1] *Eo fit quia:* 'The reason is that.'
[2] *proinde ut:* 'just exactly as.'
[3] *Qui:* 'how.'
[4] *Quid hoc sit hominis?* 'What kind of creature shall we say this is?'
[5] *Fiat:* 'All right.'

Am. Recte: ita est ut obsignavi.
So. Quaeso, quin tu istanc jubes 775
Pro cerrita circumferri?[1]
Am. Edepol qui,[2] facto est opus:
Nam haec quidem edepol laruarum[3] plena est.
Al. (*as Thessala brings in the cup*). Quid verbis opus est?
Em tibi pateram: eccam!
Am. Cedo[4] mi!
Al. Age, aspice huc, sis,[5] nunciam.[6]
Tu qui quae facta infitiare, quem ego jam hic convincam palam.
Estne haec patera qua donatus es illi?
Am. Summe Juppiter, 780
Quid ego video? Haec ea est profecto patera. Perii, Sosia!
So. Aut, pol, haec praestigiatrix[7] multo mulier maxuma est
Aut pateram hic inesse oportet.
Am. Agedum, exsolve cistulam.
So. Quid ego istam exsolvam? Obsignata est recte. Res gesta est bene:
Tu alium peperisti Amphitruonem, ego alium peperi Sosiam: 785
Nunc si patera pateram peperit, omnes congeminavimus.
Am. Certum est aperire atque inspicere.
So. Vide, sis, signi quid siet,[8]
Ne posterius in me culpam conferas.
Am. Aperi modo!
Nam haec quidem nos delirantis facere dictis postulat.[9]
Al. Unde haec igitur est nisi abs te, quae mihi dono data est? 790
Am. Opus mi est istuc exquisito.

[1] *Pro cerrita circumferri:* 'Undergo treatment for being crackbrained.'
[2] *Edepol qui:* 'Well, on my word!'
[3] *haec . . . laruarum plena est:* 'this woman has a full set of wheels in her head.'
[4] *Cedo:* 'Give it here!'
[5] *sis = si vis.*
[6] *nunciam:* 'now.'
[7] *praestigiatrix:* 'by far the greatest conjurer in the world.'
[8] *quid siet: i.e.* 'in what condition the seal is.'
[9] *postulat:* 'expects to.'

So. (*finding the chest empty*). Juppiter! Pro Juppiter!
Am. Quid tibi est?[1]
So. Hic patera nulla in cistula est!
Am. Quid ego audio?
So. Id quod verum est.
Am. At cum crucíatu jam, nisi apparet, tuo.
Al. (*holding up the cup*). Haec quidem apparet.
Am. Quis igitur tibi dedit?
Al. Qui me rogat.
So. Me captas, quia tute ab navi clanculum huc, alia via, 795
Praecucurristi, atque hinc pateram tute exemisti, atque eam
Huic dedisti, post, hanc rursum obsignasti clanculum.
Am. (*to Sosia*). Ei mihi, jam tu quoque hujus adjuvas insaniam? (*Turning to Alcmena.*) Ain heri nos advenisse huc?
Al. Ajo, adveniensque, ilico
Me salutavisti, et ego te, et osculum tetuli tibi. 800
Am. Jam illuc non placet principium de osculo. Perge exsequi.
Al. Lavisti.
Am. Quid postquam lavi?
Al. Accubuisti.[2]
So. Euge,[3] optume!
Nunc exquire.
Am. (*to Sosia*). Ne interpella[4]! (*To Alcmena.*) Perge porro dicere.
Al. Cena adposita est: cenavisti mecum: ego accubui simul.
Am. In eodem lecto?
Al. In eodem.
So. Ei, non placet convivium. 805
Am. (*to Sosia*). Sine[5] modo argumenta dicat. (*To Alcmena.*) Quid postquam cenavimus?

[1] *Quid tibi est?* 'What's the matter with you?'
[2] *Accubuisti:* 'You reclined at table.'
[3] *Euge:* 'good!'
[4] *interpella:* 'interrupt.'
[5] *Sine modo:* 'Just let her!'

Al. Te dormitare aibas: mensa ablata est: cubitum[1] hinc abiimus.
Am. Ubi tu cubuisti?
Al. In eodem lecto tecum una in cubiculo.
Am. Perdidisti!
So. Quid tibi est?
Am. Haec me modo ad mortem dedit!
Al. Quid jam, amabo[2]?
Am. Ne me appella.
So. Quid tibi est?
Am. Perii miser, 810
Quia pudicitíae hujus vitium me hinc absente est additum.
Al. Obsecro ecastor, cur istuc, mi vir, ex ted audio?
Am. 'Vir' ego tuos sim? Ne me appella, falsa, falso nomine.
So. Haeret[3] haec res, si quidem haec (*pointing to Amphitruo*) jam mulier facta est ex 'viro.'[4]
Al. Quid[5] ego feci qua istaec propter dicta dicantur mihi? 815
Am. Tute edictas facta tua: ex me quaeris quid deliqueris?
Al. Quid ego tibi deliqui, si quoi nupta sum tecum fui?
Am. Tun mecum fueris? Quid illac inpudente audacius?
Saltem,[6] tute si pudoris egeas, sumas mutuom.
Al. Istuc facinus quod tu insimulas, nostro generi non decet. 820
Tu si me inpudicitiai captas, capere non potes.
Am. Pro di inmortalis! Cognoscin tu me saltem, Sosia?
So. Propemodum.
Am. Cenavin ego heri in navi in portu Persico?
Al. Mihi quoque adsunt testes qui illud quod ego dicam adsentiant.
So. Nescio quid istuc negoti dicam, nisi si quispiam est 825
Amphitruo alius, qui forte ted hinc absente tamen

[1] *cubitum abiimus:* 'we retired.'
[2] *amabo:* 'I beg of you.'
[3] *Haeret haec res:* 'Here is a mess.'
[4] Sosia plays on the double meaning of *vir:* 'husband' and 'man.'
[5] *Quid . . . mihi?:* 'What have I done to have such words as those said to me?'
[6] *Saltem . . .:* At least "assume a virtue if you have it not."

Tuam rem[1] curet, teque absente, hic munus fungatur tuom.
Nam quom de illo subditivo[2] Sosia mirum est nimis,
Certe de istoc Amphitruone jam alterum mirum est magis.
Am. Nescioquis praestigiator hanc frustratur mulierem. 830
Al. Per supremi regis regnum juro et matrem familias
Junonem, quam me vereri et metuere est par maxume,
Ut mi extra unum te mortalis nemo corpus corpore
Contigit quo me impudicam faceret.
Am. Vera istaec velim.
Al. Vera dico, sed nequiquam, quoniam non vis credere. 835
Am. Mulier es, audacter juras.
Al. Quae non deliquit, decet
Audacem esse, confidenter pro se et proterve[3] loqui.
Am. Satis audacter!
Al. Ut pudicam condecet.
Am. Verbis proba es.
Al. Non ego illam mihi dotem[4] duco esse quae dos dicitur,
Sed pudicitiam et pudorem et sedatum cupidinem,[5] 840
Deum metum, parentum amorem, et cognatum concordiam,
Tibi morigera,[6] atque ut munifica sim bonis, prosim probis.
So. Ne[7] ista edepol, si haec vera loquitur, examussim[8] est optuma.
Am. Delenitus[9] sum profecto ita, ut me qui sim nesciam.
So. Amphitruo es profecto: cave sis ne tu te usu[10] perduis, 845
Ita nunc homines inmutantur postquam peregre advenimus.
Am. Mulier,[11] istam rem inquisitam certum[12] est non amittere.

---

[1] *rem:* 'affairs.'
[2] *subditivo:* 'counterfeit.'
[3] *proterve:* 'boldly, with assurance.'
[4] *dotem:* 'dowry.'
[5] *sedatum cupidinem:* 'a heart free from lust.'
[6] *Tibi morigera:* 'anxious to gratify your desires.'
[7] *Ne:* 'I tell you!'
[8] *examussim optuma:* 'a paragon of perfection.' *amussis* was a carpenter's rule.
[9] *Delenitus:* 'befuddled.'
[10] *usu perduis:* 'lose your identity' (*lit.* 'lose by prescription').
[11] *Mulier:* 'Madam!'
[12] *certum est:* 'I'm determined.'

Al. Edepol[1] me lubente facies.
Am. Quid ais? Responde mihi:
Quid si adduco tuom cognatum huc ab navi Naucratem,
Qui mecum una vectus est una navi: atque is si denegat 850
Facta quae tu facta dicis, quid tibi aequom est fieri?
Numquid causam dicis quin te[2] hoc multem matrimonio?
Al. Si deliqui, nulla causa est.
Am. Convenit. Tu Sosia,
Duc hos intro. Ego huc ab navi mecum adducam Naucratem.
[*Exit Amphitruo.*
So. Nunc quidem praeter nos nemo est: dic mihi verum serio, 855
Ecquis alius Sosia intus est, qui mei similis siet?
Al. Abin hinc a me, dignus domino servos?
So. Abeo, si jubes.
[*Exit Sosia.*
Al. Nimis ecastor facinus mirum est, qui illi conlubitum siet
Meo viro sic me insimulare[3] falso facinus tam malum.
Quicquid est, jam ex Naucrate cognato id cognoscam meo. 860
[*Exit Alcmena.*

ACTUS III.

JUPPITER.

Ego sum ille Amphitruo quoji est servos Sosia,
Idem Mercurius qui fit quando commodum est,
In superiore qui habito cenaculo,[4]
Qui interdum fio Juppiter quando lubet.
Huc autem quom extemplo[5] adventum adporto, ilico[6] 865
Amphitruo fio et vestitum inmuto meum.
Nunc huc honoris vostri venio gratia,

---

[1] *Edepol . . . facies:* 'Goodness knows I'm willing for you to do it.'
[2] *te . . . matrimonio:* 'divorce you.'
[3] *insimulare:* 'charge with.'
[4] *superiore cenaculo:* 'sky parlor.'
[5] *quom extemplo:* 'just as soon as.'
[6] *ilico:* 'on the spot.'

Ne hanc incohatam transigam[1] comoediam.
Simul Alcumenae, quam vir insontem[2] probri
Amphitruo accusat, veni ut auxilium feram: 870
Nam mea sit culpa, quod[3] egomet contraxerim
Si id Alcumenae innocenti expetat.[4]
Nunc Amphitruonem memet, ut occepi semel,
Esse adsimulabo atque in horum familiam
Frustrationem[5] hodie iniciam maxumam. 875
Post igitur demum faciam res fiat palam,
Atque Alcumenae in tempore[6] auxilium feram,
Faciamque ut uno[7] fetu, et quod gravida est viro
Et me quod gravida est, pariat sine doloribus.
Mercurium jussi me continuo consequi[8] 880
Siquid vellem imperare. Nunc hanc adloquar.

ALCUMENA, JUPPITER.

The real Amphitruo has gone to the harbor to bring Naucrates. Alcmena is venting her indignation at her recent treatment, when (line 897) *she catches sight of the pseudo-Amphitruo, who is of course not accompanied by Naucrates.*

Al. Durare nequeo in aedibus, ita me probri,
Stupri, dedecoris, a viro argutam[9] meo!
Ea quae sunt facta infecta testat clamitat[10]: 885

[1] *incohatam transigam:* 'bring to a close when it has just got started.'
[2] *insontem = innocentem.*
[3] *quod* (looks forward to *id*): 'the trouble that I've caused.'
[4] *expetat:* 'should fall on Alcmena's innocent head.'
[5] *Frustrationem:* 'perplexity.'
[6] *in tempore:* 'in due season.'
[7] *uno fetu . . . sine doloribus:* 'that at a single birth she bear without any pains the son begotten by her husband, and the one begotten by me.'
[8] *consequi siquid:* 'follow close at my heels in case . . .'
[9] *argutam:* 'accused.'
[10] *testat clamitat:* 'declares and proclaims.'

Quae neque sunt facta neque ego in me admisi, arguit
Atque id me susque deque[1] esse habituram putat.
Non edepol faciam, neque me perpetiar probri
Falso insimulatam quin[2] ego illum aut deseram,
Aut satis faciat mi ille, atque adjuret insuper
Nolle esse dicta quae in me insontem[3] protulit. 890
Ju. (*to himself*). Faciundum est mi illud fieri quod illaec postulat,
Si me illam amantem ad sese studeam recipere[4]:
Quando ego quod feci factum id Amphitruoni offuit,
Atque illi dudum meus amor negotium
Insonti exhibuit[5]: nunc autem insonti mihi 895
Illius ira in hanc et maledicta expetent.
Al. Sed eccum video qui me miseram arguit
Stupri, dedecoris.
Ju. Te volo, uxor, conloqui.
Quo te avortisti?
Al. (*haughtily*). Ita ingeni ingenium[6] meum est:
Inimicos semper osa sum optuerier.[7] 900
Ju. Heia autem inimicos?
Al. Sic est: vera praedico,
Nisi etiam hoc falso dici insimulaturus es.
Ju. Nimis iracunda es.
Al. Potin[8] ut abstineas manum?
Nam certo si sis sanus aut sapias satis,
Quam tu inpudicam esse arbitrere et praedices, 905
Cum ea tu sermonem nec joco nec serio
Tibi habeas, nisi sis stultior stultissumo.

[1] *susque deque habituram:* 'regard with indifference.'
[2] *quin:* 'without.'
[3] *insontem:* 'guiltless.'
[4] *ad sese recipere:* 'bring her back to herself.'
[5] *negotium . . . exhibuit:* 'caused trouble.'
[6] *ingeni ingenium:* 'nature of my disposition.'
[7] *optuerier:* 'to look in the face.'
[8] *Potin ut:* 'Can't you?'

Ju. Si dixi, nilo magis es, neque ego esse arbitror,
Et id[1] huc revorti ut me purgarem tibi.
Nam numquam quicquam meo animo fuit aegrius 910
Quam postquam audivi ted esse iratam mihi.
'Cur dixisti' inquies; ego expediam[2] tibi.
Non edepol quo te esse inpudicam crederem[3]:
Verum periclitatus sum animum tuom
Quid faceres, et quo pacto id ferre induceres. 915
Equidem joco illa dixeram dudum tibi,
Ridiculi causa. Vel[4] hunc rogato Sosiam.
Al. Quin huc adducis meum cognatum Naucratem,
Testem quem dudum te adducturum dixeras
Te huc non venisse? 920
Ju. Siquid dictum est per jocum,
Non aequom est id te serio praevortier.[5]
Al. Ego illud scio, quam doluerit cordi meo.
Ju. Per dexteram tuam te, Alcumena, oro obsecro,
Da mihi hanc veniam: ignosce, irata ne sies.
Al. Ego istaec feci verba virtute irrita.[6] 925
Nunc quando factis me impudicis abstini,
Ab impudicis dictis avorti volo.
Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas!
Juben mi ire comites?
Ju. Sanan[7] es?
Al. Si non jubes,
Ibo egomet: comitem mihi Pudicitiam duxero. 930
Ju. Mane, arbitratu tuo[8] jus jurandum dabo,

[1] *id:* 'for that reason.'
[2] *expediam:* 'explain.'
[3] *Non quo crederem:* 'not that I believed.'
[4] *Vel:* 'just.'
[5] *serio praevortier:* 'take in earnest.'
[6] *feci irrita:* 'have disproved.'
[7] *Sanan es?* 'Are you in your right mind?'
[8] *arbitratu tuo:* 'in whatever terms you like.'

Me meam pudicam esse uxorem arbitrarier.
Id ego si fallo, tum te, summe Juppiter,
Quaeso Amphitruoni ut semper iratus sies!
Al. A, propitius sit potius!
Ju. Confido fore: 935
Nam jus jurandum verum te advorsum dedi.
Jam nunc irata non es?
Al. Non sum.
Ju. Bene facis.
Nam in hominum aetate multa eveniunt hujus modi:
Capiunt voluptates, capiunt rursum miserias:
Irae interveniunt, redeunt rursum in gratiam. 940
Verum irae siquae forte eveniunt hujus modi
Inter eos: rursum si reventum in gratiam est,
Bis tanto amici sunt inter se quam prius.
Al. Primum cavisse oportuit ne diceres:
Verum eadem si isdem[1] purgas mi, patiunda sunt 945
Ju. Jube vero vasa pura adornari mihi,
Ut quae apud legionem vota vovi si domum
Redissem salvos, ea ego exsolvam omnia.
Al. Ego istuc curabo.
Ju. Evocate huc Sosiam:
Gubernatorem qui in mea navi fuit, 950
Blepharonem, arcessat qui[2] nobiscum prandeat.
Is adeo inpransus * ludificabitur,
Quom ego Amphitruonem collo hinc obstricto traham.
Al. Mirum quid solus secum secreto ille agat.
Atque[3] aperiuntur aedis: exit Sosia. 955

[1] *isdem* (nominative singular): 'likewise.'
[2] *qui . . . prandeat:* 'to dine.'
[3] *Atque:* 'But see there!'

SOSIA, JUPPITER, ALCUMENA.

So. Amphitruo, assum[1]: siquid opus est, impera, imperium exsequar.
Ju. Optume[2] advenis.
So. Jam facta pax est inter vos duos?
Nam quia vos tranquillos video, gaudeo et volup est mihi.
Atque ita servom par videtur frugi sese instituere[3]:
Proinde eri ut sint, ipse item sit: voltum e voltu comparet[4]: 960
Tristis sit, si eri sint tristes: hilarus sit, si gaudeant.
Sed age responde: jam vos redistis in concordiam?
Ju. Derides qui scis haec dudum me dixisse per jocum.
So. An id joco dixisti? Equidem serio ac vero ratus.
Ju. Habui expurigationem[5]: facta pax est.
So. Optume est. 965
Ju. Ego rem divinam intus faciam, vota quae sunt.
So. Censeo.[6]
Ju. Tu gubernatorem a navi huc evoca verbis meis
Blepharonem qui, re divina facta, mecum prandeat.
So. Jam hic ero quom illic censebis esse me.
Ju. Actutum[7] huc redi.
[*Exit Sosia.*
Al. Numquid[8] vis quin abeam jam intro ut apparentur quibus opus est?
Ju. I sane,[9] et quantum potes parata fac sint omnia. 971
Al. Quin venis[10] quando vis intro? Faxo haud quicquam sit morae.
Ju. Recte loquere et proinde diligentem ut uxorem decet.
[*Exit Alcmena.*

[1] *assum:* 'I'm here.'
[2] *Optume:* 'In the nick of time.'
[3] *sese instituere:* 'regulate his conduct.'
[4] *comparet:* 'determine.'
[5] *Habui expurigationem:* 'I have made my apology.'
[6] *Censeo:* 'that's my advice.'
[7] *Actutum:* 'immediately!'
[8] *Numquid . . . abeam:* 'have you any objection to my going?'
[9] *I sane:* 'Go by all means.'
[10] *Quin venis = veni.*

Jam hisce ambo, et servos et era, frustra[1] sunt duo
Qui me Amphitruonem rentur esse: errant probe.[2] 975
Nunc tu, divine, huc fac adsis, Sosia.
Audis quae dico, tametsi praesens non ades.
Fac Amphitruonem advenientem, ab aedibus
Ut abigas: quovis pacto fac commentus sis.[3]
Volo deludi illum, dum cum hac usuraria 980
Uxore nunc mihi morigero.[4] Haec curata sint
Fac sis, proinde adeo ut velle med intellegis,
Atque ut ministres mihi, mihi quom sacruficem.
[*Exit Jupiter.*

MERCURIUS.

Concedite atque abscedite omnes: de via decedite,
Nec quisquam tam audax fuat[5] homo qui[6] obviam obsistat mihi. 985
Nam mihi quidem hercle qui minus liceat deo minitarier[7]
Populo ni decedat mihi, quam servolo in comoediis?
Ille navem salvam[8] nuntiat aut irati adventum senis:
Ego sum Jovi dicto audiens,[9] ejus jussu nunc huc me adfero.
Quam ob rem, mihi magis par est via decedere et concedere. 990
Pater vocat me, eum sequor, ejus dicto imperio sum audiens.
Ut filium bonum patri esse oportet, item ego sum patri.
Amanti subparasitor,[10] hortor, adsto, admoneo, gaudeo.
Siquid patri volup est, voluptas ea mi multo maxuma est.
Amat: sapit; recte facit animo quando obsequitur suo: — 995

[1] *frustra qui rentur:* 'fooled in thinking.'
[2] *errant probe:* 'they certainly are mistaken.'
[3] *commentus sis:* 'make up a trick.'
[4] *mihi morigero:* 'gratify my desires.'
[5] *fuat = sit.*
[6] *tam . . . qui:* 'so bold as to.'
[7] *minitarier:* 'to threaten.'
[8] *salvam:* predicate adjective.
[9] *dicto audiens:* 'obedient.'
[10] *Amanti subparasitor:* 'When he's in love, I help him along.'

Quod omnis homines facere oportet, dum id modo fiat bono. —
Nunc Amphitruonem volt deludi meus pater: faxo probe
Jam hic deludetur, spectatores, vobis inspectantibus.
Capiam coronam mi in caput, adsimulabo me esse ebrium.
Atque (*pointing up to the roof*) illuc[1] sursum escendero: inde optume
aspellam[2] virum 1000
De supero quom huc accesserit: faciam ut sit madidus[3] sobrius.
Deinde illi actutum sufferet suos servos poenas Sosia:
Eum fecisse ille hodie arguet quae ego fecero hic: quid id mea[4]?
Meo me aequom est morigerum[5] patri: ejus studio servire addecet.
Sed eccum Amphitruonem! Advenit. Jam ille hic deludetur probe,
Siquidem vos voltis auscultando[6] operam dare. 1006
Ibo intro: ornatum capiam qui potis[7] decet;
Dein susum[8] escendam[9] in tectum ut illum hinc prohibeam.
[*Exit Mercury.*

AMPHITRUO.

Naucratem, quem convenire volui, in navi non erat,
Neque domi neque in urbe invenio quemquam qui illum viderit: 1010
Nam omnis plateas[10] perreptavi, gymnasia et myropolia,[11]
Apud emporium atque in macello,[12] in palaestra atque in foro,
In medicinis, in tonstrinis, apud omnis aedis sacras
Sum defessus quaeritando: nusquam invenio Naucratem.
Nunc domum ibo atque ex uxore hanc rem pergam exquirere, 1015
Quis fuerit, quem propter, corpus suom stupri compleverit.

---

[1] *illuc sursum:* 'up there.'
[2] *aspellam:* 'drive off.'
[3] *madidus sobrius:* 'soaked, though he hasn't had a drop.'
[4] *quid id mea:* 'what business of mine is that?'
[5] *morigerum:* 'obedient to the whims.'
[6] *auscultando . . . dare:* 'pay attention and listen.'
[7] *potis:* 'drunk men.'
[8] *susum:* 'up there.'
[9] *escendam:* 'climb up.'
[10] *plateas:* 'squares.'
[11] *myropolia:* 'perfumers' shops.'
[12] *macello:* 'butcher shop.'

Nam me, quam illam quaestionem inquisitam hodie amittere,
Mortuom satius[1] est. Sed aedis occluserunt.[2] Eugepae[3]!
Pariter hoc fit atque ut alia facta sunt: feriam foris.
Aperite hoc! Heus, ecquis hic est? Ecquis[4] hoc aperit ostium? 1020

MERCURIUS, AMPHITRUO.

Me. Quis ad fores est?
Am. Ego[5] sum.
Me. Quid? 'Ego sum'?
Am. Ita loquor.
Me. Tibi Juppiter
Dique omnes irati certo sunt, qui sic frangas fores.
Am. Quo modo?
Me. Eo modo, ut profecto vivas aetatem miser.
Am. Sosia!
Me. Ita: sum Sosia nisi me esse oblitum existumas.
Quid nunc vis?
Am. Sceleste, at etiam 'quid velim,' id tu me rogas? 1025
Me. Ita, rogo: paene effregisti, fatue,[6] foribus cardines.[7]
An foris censebas nobis publicitus[8] praeberier?
Quid me aspectas, stolide? Quid nunc vis tibi aut quis tu es homo?
Am. Verbero, etiam quis ego sim me rogitas, ulmorum Acheruns[9]?
Quem, pol, ego hodie, ob istaec dicta, faciam ferventem flagris. 1030
Me. Prodigum te fuisse oportet[10] olim in adulescentia.
Am. Quidum?
Me. Quia senecta aetate a me mendicas malum.
Am. Cum cruciatu tuo istaec hodie, verna, verba funditas.

---

[1] *me . . . mortuom satius est:* 'had rather be dead.'
[2] *occluserunt:* 'shut up.'
[3] *Eugepae:* 'Good!'
[4] *Ecquis:* 'Won't somebody?'
[5] *Ego sum:* = 'It's me.'
[6] *fatue:* 'you fool!'
[7] *cardines:* 'hinges.'
[8] *publicitus:* 'at public expense.'
[9] *ulmorum Acheruns:* 'death-bed of rods.'
[10] *fuisse oportet:* 'you must have been.'

Me. Sacrufico ego tibi.
Am. Qui?
Me. Quia enim te macto[1] infortunio.

* * * * * * * *

A serious gap in the text occurs at this point, and extends to near the end of what must have been a most interesting scene between the true and the pseudo-Amphitruo. Blepharo has been called upon to decide which is the real husband of Alcmena, but in line 1135 we find the faithful old *gubernator* in absolute despair, utterly unable to settle the dispute. The following fragments, for the most part citations by the Latin grammarians, belong in this lacuna.

I At ego certo † cruce et cruciatum mactabo exuo mastigia.
II Erus Amphitruo occupatus.
III Optumo jure infringatur aula cineris in caput.
IV Ne tu postules matulam unam tibi † aquam infundi in caput.

V Quid minitabas te facturum si istas pepulissem fores?
VI Ibi scrobes effodito plus sexagenos in dies.

VII Laruatus: edepol hominem miserum: medicum quaeritat.
VIII Nilne te pudet, sceleste, populi in conspectum ingredi?
IX Manufestum hunc obtorto collo teneo furem flagiti.
X Immo ego hunc, Thebani cives, qui domi uxorem meam
Impudicitia impedivit, teneo, thensaurum stupri.

XI Exjuravisti te mihi dixe per jocum.
XII Quaeso advenienti morbo medicari jube:
Tu certe aut laruatus aut cerritus es.
XIII Nisi hoc ita factum est proinde ut factum esse autumo,
Non causam dico quin vero insimules probri.

XIV Qui nequeas nostrorum uter sit Amphitruo decernere.

XV — ∪ — ∪ — abiendi nunc tibi etiam occasio est.
XVI † cujusque me absente corpus volgavit suom.
XVII Noli pessumo precari.
XVIII Animam comprime.
XIX Clandestino.

[1] *macto infortunio:* 'honor you with destruction.'

ACTUS IV.

* * * * * * * *

BLEPHARO, AMPHITRUO, JUPPITER.

* * * * * * * *

Bl. Vos inter vos partite: ego abeo, mihi negotium est: 1035
Neque ego umquam usquam tanta mira me vidisse censeo.
Am. Blepharo, quaeso ut advocatus mi adsis neve abeas.
Bl. Vale!
Quid opus est me advocato, qui utri sim advocatus nescio?
Ju. Intro ego hinc eo: Alcumena parturit.
Am. Perii miser!
Quid ego faciam quem advocati jam atque amici deserunt? 1040
Numquam edepol me inultus[1] istic ludificabit, quisquis est.
Jam ad regem, recta,[2] me ducam, resque ut facta est eloquar.
Ego, pol, illum ulciscar hodie Thessalum veneficum,[3]
Qui pervorse perturbavit familiae mentem meae.
Sed ubi ille est? Intro edepol abiit, credo ad uxorem meam. 1045
Qui me Thebis alter vivit miserior? Quid nunc agam?
Quem omnes mortales ignorant[4] et ludificant ut lubet.[5]
Certum est intro rumpam in aedis: ubi quemque hominem aspexero,
Si ancillam, seu servom, sive uxorem, sive adulterum,
Seu patrem, sive avom videbo, obtruncabo in aedibus: 1050
Neque me Juppiter neque di omnes id prohibebunt, si volent,
Quin sic faciam uti constitui: pergam in aedis nunciam.[6]
[*Terrific thunder and lightning, and Amphitruo falls insensible.*

[1] *inultus:* 'unpunished.'
[2] *recta* (= *recta via*): 'straightway.'
[3] *veneficum:* 'wizard, magician.'
[4] *ignorant:* 'fail to recognize.'
[5] *ut lubet:* 'to their hearts' content.'
[6] *nunciam:* 'immediately.'

ACTUS V.

BROMIA, AMPHITRUO.

Br. (*rushing out of Amphitruo's home*). Spes atque opes vitae meae jacent sepultae in pectore,
Neque ulla est confidentia jam in corde quin amiserim,
Ita mihi videntur omnia, mare, terra, caelum, consequi[1] 1055
Jam ut opprimar, ut enicer.[2] Me miseram! Quid agam nescio,
Ita tanta mira in aedibus sunt facta. Vae miserae mihi!
Animo male est,[3] aquam velim: corrupta sum atque absumpta sum.
Caput dolet, neque audio, nec oculis prospicio satis.
Nec me miserior femina est neque ulla videatur magis, 1060
Ita erae meae hodie contigit. Nam ubi parturit, deos sibi invocat:
Strepitus, crepitus, sonitus, tonitrus: ut subito, ut propere, ut valide tonuit!
Ubi quisque institerat, concidit crepitu: ibi, nescioquis, maxuma
Voce, exclamat: 'Alcumena, adest auxilium: ne time:
Et tibi et tuis propitius caeli cultor[4] advenit. 1065
Exsurgite,' inquit, 'qui terrore meo occidistis prae metu.'
Ut jacui, exsurgo: ardere censui aedis, ita tum confulgebant.
Ibi me inclamat Alcumena: jam ea res me horrore adficit.
Erilis[5] praevortit metus: accurro ut sciscam quid velit:
Atque,[6] illam geminos filios pueros peperisse conspicor! 1070
Neque nostrum quisquam sensimus quom peperit, neque providimus.
Sed quid hoc? Quis hic est senex
Qui ante aedis nostras sic jacet? Numnam hunc percussit Juppiter?
Credo edepol: nam pro Juppiter, sepultus est quasi sit mortuos.

[1] *consequi:* 'conspire.'
[2] *enicer:* 'be killed.'
[3] *animo male est:* 'I'm faint!'
[4] *caeli cultor:* 'dweller on high.'
[5] *Erilis . . . metus:* 'Fear for my mistress claimed first thought.'
[6] *Atque:* 'And lo!'

Ibo et cognoscam, quisquis est. Amphitruo hic quidem est erus meus.
Amphitruo!
Am. Perii!
Br. Surge[1]!
Am. Interii!
Br. Cedo[2] manum!
Am. Quis me tenet?
Br. Tua Bromia ancilla.
Am. Totus timeo, ita me increpuit Juppiter.
Nec[3] secus est quasi si ab Acherunte veniam. Sed quid tu foras
Egressa es?
Br. Eadem nos formido timidas terrore impulit: 1079
In aedibus, tu ubi habitas, nimia mira vidi. Vae mihi,
Amphitruo! Ita mihi animus etiam nunc abest.
Am. Agedum, expedi:
Scin me tuom esse erum Amphitruonem?
Br. Scio.
Am. Vide etiam[4] nunc.
Br. Scio.
Am. Haec sola sanam mentem gestat[5] meorum familiarium.
Br. Immo omnes sani sunt profecto.
Am. At me uxor insanum facit
Suis foedis factis.
Br. At ego faciam tu idem ut aliter praedices, 1085
Amphitruo: piam et pudicam esse tuam uxorem ut scias,
De ea re, signa atque argumenta,[6] paucis verbis, eloquar.
Omnium primum, Alcumena geminos peperit filios.
Am. Ain tu! Geminos?
Br. Geminos.
Am. Di me servant!

[1] *Surge:* 'Get up!'
[2] *Cedo:* 'Give me!'
[3] *Nec . . . quasi:* 'It's not otherwise than if.'
[4] *etiam:* 'again, once more.'
[5] *gestat:* 'has' (*lit.* 'uses').
[6] *argumenta:* 'proofs.'

Br. Sine me dicere
Ut scias tibi tuaeque uxori deos esse omnis propitios. 1090
Am. Loquere.
Br. Postquam parturire[1] hodie uxor occepit tua,
Ubi[2] utero exorti dolores, ut solent puerperae,[3]
Invocat deos inmortalis ut sibi auxilium ferant,
Manibus puris, capite operto. Ibi, continuo, contonat
Sonitu maxumo. Aedes primo ruere rebamur tuas: 1095
Aedis totae confulgebant tuae quasi essent aureae.
Am. Quaeso, absolvito hinc me extemplo, quando satis deluseris.
Quid fit deinde?
Br. Dum haec aguntur, interea, uxorem tuam
Neque gementem neque plorantem nostrum quisquam audivimus,
Ita profecto sine dolore peperit.
Am. Jam istuc gaudeo, 1100
Utut erga me merita est.
Br. Mitte istaec, haec quae dicam accipe:
Postquam peperit, pueros lavere jussit nos. Occepimus:
Sed puer ille quem ego lavi, ut magnus est et multum valet!
Neque eum quisquam colligare[4] quivit incunabulis.
Am. Nimia mira memoras: si istaec vera sunt, divinitus 1105
Non metuo[5] quin meae uxori latae suppetiae[6] sient.
Br. Magis jam faxo mira dices. Postquam in cunas[7] conditus est,
Devolant angues jubati,[8] deorsum[9] in inpluvium, duo
Maxumi: continuo extollunt ambo capita.
Am. Ei mihi!
Br. Ne pave! Sed angues oculis omnis circumvisere. 1110

[1] *parturire:* 'to be in labor.'
[2] *Ubi . . . dolores:* 'When the pains in her womb began.'
[3] *puerperae:* 'women in childbirth.'
[4] *colligare . . . incunabulis:* 'could bind with swaddling clothes.'
[5] *Non metuo:* 'I have no doubt.'
[6] *suppetiae:* 'assistance.'
[7] *cunas:* 'cradle.'
[8] *jubati:* 'crested.'
[9] *deorsum:* 'down.' Cf. *rursum, vorsum, sursum.*

Postquam pueros conspicati, pergunt ad cunas, citi:
Ego cunas, recessim[1] rursum[2] vorsum, trahere et ducere,
Metuens pueris, mihi formidans, tantoque angues acrius
Persequi. Postquam conspexit angues ille alter puer,
Citus e cunis exsilit, facit recta in anguis inpetum: 1115
Alterum altera prehendit eos manu perniciter.[3]
Am. Mira memoras: nimis formidolosum facinus praedicas:
Nam mihi horror membra misero percipit dictis tuis.
Quid fit deinde? Porro loquere.
Br. Puer ambo anguis enicat.
Dum haec aguntur, voce clara exclamat uxorem tuam — 1120
Am. Quis homo?
Br. Summus imperator divom atque hominum Juppiter:
Is se dixit cum Alcumena clam consuetum[4] cubitibus,
Eumque filium suom esse qui illos angues vicerit:
Alterum tuom esse dixit puerum.
Am. Pol, me haud paenitet,[5]
Si licet boni dimidium mihi dividere cum Jove. 1125
Abi domum, jube vasa pura actutum adornari mihi,
Ut Jovis supremi multis hostiis pacem expetam.
Ego Teresiam conjectorem[6] advocabo et consulam
Quid faciundum censeat: simul hanc rem ut facta est eloquar.
Sed quid hoc? Quam valide tonuit! Di obsecro vostram fidem! 1130
[*Jupiter appears.*

JUPPITER, AMPHITRUO.

Ju. Bono animo es: adsum auxilio, Amphitruo, tibi et tuis:
Nil est quod timeas: hariolos,[7] haruspices

[1] *recessim:* 'in retreat.'
[2] *rursum vorsum:* 'backwards.'
[3] *perniciter:* 'swiftly.'
[4] *consuetum (esse) cubitibus:* 'had become intimate with.'
[5] *me haud paenitet:* 'I'm quite content.'
[6] *conjectorem:* 'prophet.'
[7] *hariolos, haruspices:* 'soothsayers, seers.'

Mitte omnes: quae futura et quae facta eloquar,
Multo adeo melius quam illi, quom sum Juppiter.
Primum omnium, usuram Alcumenae corporis 1135
Cepi, et concubitu[1] gravidam feci filio.
Tu gravidam item fecisti quom in exercitum
Profectus es: uno partu duos peperit simul.
Eorum alter, nostro[2] qui est susceptus semine,
Suis factis te inmortali adficiet gloria. 1140
Tu cum Alcumena uxore antiquam in gratiam
Redi: haud promeruit[3] quam ob rem vitio vorteres:
Mea vi subacta est facere. Ego in caelum migro.
[*Jupiter disappears.*

AMPHITRUO.

Faciam ita ut jubes, et te oro promissa ut serves tua.
Ibo ad uxorem intro: missum facio[4] Teresiam senem. 1145

Nunc, spectatores, Jovis summi causa, clare plaudite.

---

[1] *concubitu gravidam feci filio:* 'by my embrace have made her pregnant with a son.'

[2] *nostro . . . semine:* 'who was begotten by me.'

[3] *promeruit . . . vorteres:* 'deserved that you should charge her with unchastity.'

[4] *missum facio:* 'dismiss.'

COLUMBIA UNIVERSITY

This book is due on the date indicated below, or at the expiration of a definite period after the date of borrowing, as provided by the rules of the Library or by special arrangement with the Librarian in charge.

DATE BORROWED	DATE DUE	DATE BORROWED	DATE DUE
TWO WEEKS LOAN		TWO WEEKS LOAN	
2 Dec '35			
30 Dec 35			

C28(638)M50

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
1010677305

87 PL
11 UH
cop. 1

19881910